

R.P.

MAXIMILIANI

SANDÆI

E Societ. Ieſu Doct. Theol.

MARIA

FLOS MYSTICVS

ORATIONES

Ad Sodales in feſtiuitatib. deiparæ Habitæ deſumpta materia à floribus cum figuris Eneis

Moguntiæ apud Godefridum Schonwetterum

1629

8.24 § 32

Digitized by Google

8, 26. G. 32

S. P.

CLERICIS,

ET

NOBILIBVS,

Seminarij Epiſcopalis,

Quod eſt

HERBIPOLI,

Iuuentutis Franconicæ,

DOMESTICIS MEIS,

Perſeuerantiam

In bene cæptis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

QVÆ *Sodalibus* MARIÆ *Virginis Parthenicis vniuerſim dixi, ſcripſique, Vobis inſcribo,* DOMESTICI. *Nemò indignetur. Do locũ adfectui meo: do virtuti veſtræ: do memo-* Cura Domeſticorũ præcipue habenda.

riæ vtriuſque. An-non etiam debito, meritóque? Si quis ſuorum, & maximè DOMESTICORVM curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, *monuit me, dum Timotheum ſuum, Apoſtolus. Vos mihi in oculis quotidie. Vos ad manum. Vos in ſinu, ac penito mentis receſſu. Cur non etiam aliquando in calamo? Sub eodem tecto degimus: eadem fruimur menſâ: iiſdem epulis paſcimur: ſi corpus ſpectes, frugaliter. Hoc Sapientiæ Candidatos decet: ſi animum, opiparè. Obliuiſci non poſſum eorum, quorum aſſidua præſentia imagines animo impreſſas aboleri non ſinit. Quos linguâ frequenter, calamo ſemel appellare iuuat.*

1. Tim. v. 8.

Vnde adfectus in Domeſticos.

VOS *mihi curæ, qui ſæpe curarum cauſſa. Carere iis poſſem, vt multi*

Caritatis officiũ, Iu-

multi eiuſdem mecum inſtituti: & ocio frui, cõſentaneo profeſſioni, ac indoli, niſi Vos mihi cari. Quos dũ curo, mei penè curã deſero. Tantum poteſt in amatam Gentem impetus: tantum Obedientiæ religioſæ imperium. Quibus, velut compedibus, vincimur: libertatis propriæ prodigi, dum conſulimus alienæ. Iucundum eſt relinquere Monumentum adfectus apud eos, quibuſcum vixiſti: ſi nõ perpetim iucundè: (Quis hoc ſperet in PALÆSTRA PATIENTIÆ?) *certè, nunquam non fructuoſè: quippe ſemper ad luctam.* uentutis cura, & inſtitutio. Quid Moderatorib. Iuuẽtutis ſint. Collegium, Seminarium, Gymnaſium

VTINAM *penſet Iuuentus! Quã dum* FLOREM *eſſe optaui, in Viridario Mariano, innocentiâ illibatum; Vos potiſſimum circumſpexi,* Iuuentutis Franciæ FLOREM. *Omnibus ego quidem* MA- Votum Auctoris.

Domeſticis. Iuuẽtutis Flos.

RIAM *ex voto colentibus*, florem Myſticum *pinxi, vt omnes haberent, quo delectarentur : & cuius intuitu proficerent, ac patrocinio in* FLORES *transformarentur : exprimentes; candorem* Lilij, *pudore Virgineo:* Roſæ *purpuram, rubore verecundiæ : flammam* Violæ, *amore cæleſtium:* Heliotropij *indolem, diuinorum intuitu:* Hyacinthi *luteum, ſplendore modeſtiæ. Sed Vobis tamen maxime floridam hanc tabellam, in qua* MARIA, *vt* FLOS, *nitet, apparaui.*

Laus domeſticorũ.

Quis reprehendat? MEMBRVM *eſtis magni corporis, nec minimũ, nec ignobile. Sodalitatis Marianæ pars, ſi non ſplendidiſſima, ſanè haud obſcura. In Vobis habui, quod deſideraui in multis. Non eſtis ex*

Emanſores Sodalitatis Qui?

Emanſoribus *illis, qui ob nullam ſatis idoneam cauſſam, arbitratu ſuo,*

ſuo, vel nunquam, vel ita rarò, vt vix vnquam, fortaſſe ſemel quotannis, iterúm-ue in Cõuentu Mariano ſui copiã faciunt, expungendi iure è Sodalium ſyllabo. A Vobis Sodalitatis cœtus frequentantur quot dominicis. Nulla Vos tempeſtas abripit, quæ quoſdam terret. Nulla Vos intempeſtiua conuiuia detinent, quæ nonnullos irretiunt. Adeſtis, vix vocati, præſtolamini modeſtiâ ſingulari. Conſtanter ad finem vſque perſiſtitis. Ad omnia Sodalium munia parati, & agiles: ſiue dum ſupplicationes inſtituendæ: ſiue dum noſocomia, ac ægrorum domicilia adeunda: ſiue dum funera cohoneſtanda. Veſtra hæc eſt laus peculiaris. Sine Vobis nec odeum ſymphoniam, nec oratorÿ exedra ſuum ornatum, nec proceſſiones ſuum haberent decus. Denique, ſine Sodalis boni officium.

Vobis, iuſtitium ſæpè eſſet, & in Aulæ Mariana theatro inanitas. Itaq; meremini teſtimonium, quod virtuti veſtræ damus.

Corporis afflictationes Domeſticis familiares.

OMITTO *priuata, quæ, me conſcio, à quibuſdam veſtrûm, patrantur, digna commendatione, ſed non publicanda ſigillatim. A Vobis magis, quàm ab aliis, expetuntur ad corporis caſtigationem Chriſtianam, veſtis cilicina, ſaccus, flagellum, crux, Spinæ. Apud Vos viget hebdomadaria exomologeſis: ſæpius, quam menſe quolibet, ſemel repetita ſynaxis: quotidiana de rebus diuinis contemplatio, vocali nexa orationi: in conſcientiam quotidie ſub noctem inquiſitio: libellorum piorum lectio: tandem, virtutum Iuuentuti Eccleſiaſticæ, ac Nobili conuenientium exercitatio.*

Alia pietatis officia.

Dome-

PERGITE *ſultis, de quo non ambi-*

ambigo, CARA PIGNORA, *& in hoc pietatis ſtadio, celeri procurſione, ad metam perfectionis contendite: memores, quo fine in tam illuſtri* Seminario *educemini, ac erudiamini. Adſciuit Vos Epiſcopus ac Princeps Veſter. Quoſdam è Nobilitate equeſtri, & plurimum, patria, vt in religione Catholica, & maiorum fide imprimis, bene inſtituti, firmatique: tum vero litteris humanioribus: &, quo non aliud decus magis Nobiles decet, Eloquentia: atque, ſi genius eo feratur, etiam Philoſophia, aliiſue artibus perpoliti: denique, ſi captus veſter ſinat, Iuris, Legumque cognitione exculti, rem Chriſtianam in Patria promoueatis. Alios ſelegit è populo, & plebe, fortunæ tenuioris, vt ſors naſcendi tulit, & Eccleſiaſticis officiis deſtinauit, magno numero: qui*

ſticorũ partitio.

Nobiles.

Quo fine alantur.

Clerici.

apud exteros admirabilitatem pa- Eorum numerus. *rit, vtinam æmulationem excitet. Tricenis ſupra centum, capitibus Alumnorum Eccleſiaſticorum contubernium non arctatur. Quibus, vt omnia affatim ſuppetant, quæ ad ſuſtentationem requiruntur, ſolicitudo paſtoralis Principis aduigilat.* VOBIS *potiſſimum liberalium* Gymnaſium Societatis Ieſu FRIDERICVS. Anno 1567. *artium Schola, ac litterarum ſtudia in patrio ſolo, ſunt à priſci moris Antiſtite* FRIDERICO, *poſt ſuperiorũ temporum barbariem, reſtituta. Vobis Academia noua, à* IVLIO, Academia IVLIVS. Anno 1587. *Paſtore Vigilantiſſimo, ac Præſule incomparabili, eſt condita, ac dotata. Vobis erectum ab eodem, vt munificentiſſimo Principe, auguſtũ iſtud, quod inhabitatis, Franconiæ Adhenæum: Vobis non ab alio, quam, quem laudaui, exſtructa eſt elegãtiſſima ad ſacrorum vſum*

baſi-

baſilica. Vobis à IOANNE GO- Io. Go-
DEFRIDO, *Pontifice ſuorum* DEFRI-
amantiſſimo, ac celeberrimæ famæ, DVS.
optimi Religionis Chriſtianæ, Vitæ, Anno
doctrinæq; Moderatores, & Ma- 1618.
giſtri domeſtici è Sacrato ordine
ſunt conſtituti. Vobis noua templi
ſplendidiſſimi moles ſumptuoſa, li-
beralitate, curaque PHILIPPI Phil.
ADOLPHI *Mecœnatis beneuolen-* Adol-
tiſſimi exſurgit. Veſtris commo- phvs.
dis, profanì multi, ſacerque homi- Anno
num religioſorum cætus deſeruit. 1628.

QVÆ *eo ſpectant omnia: Tum,* Funda-
vt antiquiſſima pro Nobilitate, à torum
Regibus Principibusque in Francia Principũ
orientali exædificata ſacra Collegia, Scopus.
Canonicos habeant, non tantum
laudata progenitorum ſerie, & ſan-
guinis claritate, velut alienis bonis,
ſplendidos: ſed etiam ſingulari pie-
tate, ac ſapientia, tanquam propriis

Nobilibus quo colli mandum.

ornamentis, illuſtres: Tum, vt Regiones, Curiæ, Ciuitates, Arces, ac Dynaſtiæ Diæceſis Herbipolenſis, Præſides ac Præfectos videant, non modò de generoſis natalibus magnanimos; ſed etiam à cælo (quod ſola Catholica vetus impetrat religio) fortes: & ob diuinarum, humanarumque rerum notitiam ad prouidendum Patriæ commodis perſpicaciſſimos, ad propugnandum cõſtantiſſimos.

Quo Clericis.

Tum, vt nunquam deſint in Franconia Animarum Rectores docti, ac probi, à quibus Epiſcopatus longè lateque excurrentis, templa, ſacella, parochiæ tutò, riteque adminiſtrentur.

Clericorum tres claſſes.

ET *ſane educuntur ex ordine veſtro, magno numero, quibus, tanquam Paſtoribus Chriſti oues committantur.*

Prima.

Plurimi quidem, qui poſt aliquam politioris litteraturæ

tinctu

tincturam, & neceſſariam Dialecticæ notitiam, Theologiæ Moralis præceptionibus inſtructi, in pagis, oppidulisque populo ad ſalutem eius procurandam præficiuntur, Curiones per totam patriam ſparſi. Pauciores, qui per omnes diſciplinas, quaſi gradatim, progreſſi, altioribus etiam ſcientiis exculti egregiè, poſtquam ad Theologiæ apicem cōſcenderunt, DOCTORVM *titulo inſignes, in regenda Eccleſia Epiſcopo, induſtriam, fidelitatemque ſuam probant. Nec deſunt, qui dignitatibus aucti, Vicariam operam in Pontificialibus muneribus Antiſtiti præſtant, infula donati.* Secunda. Tertia.

AD *quæ, præter doctrinæ ſplendorem, morum quoque Sanctitas haud mediocris requiritur. Quantum, vt in vtraque excellatis, deſudetur ab iis, qui vobis præſunt,* Præſidia officiis neceſſaria.

non ignoratis, ni plane oculis orbati ſitis. Docemus, hortamur, inſtigamus, omnem mouemus lapidem, vt ſitis vere, quod auditis, homines veſtri nominis: Si NOBILES, *reapſe noſcibiles, non fumoſis tantum maiorum imaginibus, ſed multo maximè eorundem religione, ac probitate. Nobiles, non ſcelere, ſed virtute.*

Quæ vera Nobilitas.

AVDITE *Magnum* IVLIVM *Seminarii huius Fundatorem, cuius verba, vt totidem gemmas, adnumerare me iuuat, Vobis ponderare expedit. Licet omnium gentium, ac populorum hiſtorias euoluamus, non inueniemus vſquam, tantam Nobilium multitudinem, ac ſplendorem, quantam inter Chriſtianos: & ex Chriſtianis etiam, nuſquam maiorem eorum gloriam, & copiam, quam inter Germanos:*

Ea inter Chriſtianos.

manos: Germanica autem, & ex ea, Germanica.
Francica Nobilitas, inter antiquiſ- Francica.
ſimas, & ſplendidiſſimas cenſetur.
Hunc autem clarorem, & maieſta-
tem aliunde non accepit, quam à
Religione Catholica, & antiqua Vnde eius ſplēdor.
Pietate: Cumq; in Nobilibus, Prudentia, Sapientia, Fortitudo, Potentia, & Gloria ſuccreuit. Quos Pontifices, Cæſares, Reges, Principes Catholici, opibus, priuilegiis, gentiliciis inſignibus, vt præclarè, ac fortiter factorum honeſtamentis, extulerunt. Quis autem neſcit, omnes omnino hominum ſtatus, iiſdem mediis, virtutibus, ac ſtudiis dignitatem ſuam tueri ſolere, ac oportere, quibus eandem prius ſunt adepti?

SI CLERICI, interpretemini Clerici vnde dicti.
Vocabulum: & nominis definitione
prolatâ, adnitamini eſſe, quod ſigni-

gnificat : vel de ſorte Domini, *vel quia* ſors veſter Dominus,
S.Hieronym. Epiſt. 2. *id eſt*, pars veſtra. Qui autem vel ipſe pars Domini, vel Dominum partem habet : talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominum, & poſſideatur à Domino. *Ita diſſerit S. Hieronymus, cuius hæc eſt collectio.* Qui Dominum poſſidet, &
Pſal. 15. 5. cum Propheta dicit : *Pars mea Dominus*; nihil extra Dominum habere poteſt. (*intellige quod Domino præferat, vel æquet Domino*) Quod ſi quidpiam aliud habuerit, præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia, *inquit Stridonenſis*, Si aurum, ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem. *Non nominat ebrietatem, laſciuiam, vanitatem; multo*

minus,

minus, Agapitam, Glycerium, Ganymedem, Agarem, Iſmaelem: (*hæc clerico in amoribus eſſe poſſe non exiſtimabat*) cum iſtis partibus, Dominus pars eius fieri non dignabitur.

SI FRANCONES, *vere* Franci *ideſt*, Liberi. *Nam à libertate, vt reor, Francorum nomenclatio ducitur. Liberi, non à ſeruitute Chriſti, non à iugo obedientiæ, non à Magiſtratus legibus, non à ſuperiorum mandatis, non à Principis legitimi imperio, non à Rationis præſcripto: ſed Liberi à ſeruitute peccati, à vitiorum tyrannide: ab affectuum oppreſſione. Ita ſolum Sapientem, ſeu bonum, eſſe Liberum, omnes malos, ſeruos pronuncio, verius, quam Stoici.* Francones. Franci Liberi.

QVID *eſt enim* Libertas? *poteſtas viuendi vt velis. Quis autem* Vera Libertas.

tem viuit, vt vult; niſi qui recta ſequitur? qui gaudet officio? Cui viuendi via conſiderata atque prouiſa eſt? qui legibus, non propter metum paret? qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique niſi libenter ac libere? In quem nullum ius habet ambitio, nullum iracundia, nullum temeritas. Qui iugum vitioſitatis non recipit: qui ab omni ad malum coactione ſe facit immunem; qui refrenat libidines, ſpernit voluptates, coërcet auaritiam, ceteras animi labes repellit, qui turpitudini, ac dedecori nõ paret? Hoc eſt eſſe FRANCONEM. *Vis plura? Nolle dominos habere, aut tyrannorum turbam, Vitia, Libidinem, Gulam, Superbiam: his pedem, tanquam deuictis, imponere, & calcare; Detrectare his, vt mancipium, ſubiici: erecto ſemper animo ac libe-*

ro in-

ro incedere: virtutem non coactè, ſed volenter-lubenter amplecti: non ſcutica, vt ſeruum pecus, ſed honeſti decoro, vt Nobilem, ad virtutis orbitam duci. Non Fortunam, vt dominam agnoſcere: non corpori deſeruire: non deteriori naturæ nobiliorem ſubiicere: non hominũ iudicia timére, conſcientiâ tutum: non turpia velle: non nimia: in ſeipſum habere maximam poteſtatem. Denique ab omni flagitio eſſe alienum. Quæ eſt enim vera Libertas? Innocentia. quæ firma? Seruire Deo. Quæ ficta? ſeruire Mundo, Carni, Cacodæmoni. Liberum eſſe corpore, ſeruum animo: nec vnius hominis: ſed quod grauius eſt, tot dominorũ, quot vitiorum. Nam à quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Libertas Firma. Ficta. II. Petri II. 19.

HORTAMVR *vt homines* Domeſtitis

ſitis veſtri nominis, NOBILES, CLERICI, FRANCONES. Eritis, ſi, vt eſſe capiſtis, SODALES MARIANI, haud eſſe, poſtquam è Seminario migraueritis, deſinatis. Si fideles Magnæ Matris Clientes eſſe pergatis, ſi peculiari in Patronam adfectu feramini, Illam ametis, colatis, reuereamini, & quod palmarium eſt, eius virtutes imitemini: Si officio Sodalis Parthenij non Nominalis, ſed Realis ſatisfaciatis; ebrietatis fuga, turpitudinis odio, voluptatis contemptu, peccati cuiuslibet deteſtatione. Si ex legum Sodalitatis præſcripto, frequentius, quam alij, Sacramenta Eccleſiæ, non mera conſuetudine: ſed vitæ emendandæ ſtudio ducti, vſurpetis, ſi animam pluris, quam corpus: virtutem, quam nummos: cælum, quam terram æſtimetis.

ſtici ſint homines ſui nominis.

Sodales Reales. Non Nominales. Vt multi.

tis. Denique, ſi ad eam vitæ degendæ rationem, quam tot Commentationibus, præceptionibusque in veſtra corona efformare annis aliquot ſum conatus, Vos vbique, ac ſemper accommodetis: omnibus Vos contemplantibus exemplo, & ad imitandum incitamento: religione in Deum: cultu in Virginem Deiparam: obſeruantia in maiores: æquitate in æquales: facilitate in ſubditos: beneuolentia in omnes: in templis pij, in plateis modeſti, in iudicio æqui: in bono conſtantes, in moribus integri: foris prudentes: domi temperati: nomine, ac re, SODALES.

[stamp]

TALES *Vos futuros iuſtum eſt me credere. Ne autem obrepat obliuio, Libellum relinquo in ſingulorũ manibus, hoc anni exordio, quem felicem precor, qui monitoris vice* Sacra ſtrena libellus, officii monitor.

fun-

fungatur, vt quotieſcunq; eum inſpexeritis, in mentem Vobis veniat effigies, non tam officii Exactoris *acerbi, quomodo* REGENTEM SEMINARII *concipiunt quidam: quam Salutis omnium Veſtrûm benigni* Curatoris, *vt* PRÆSIDEM SODALITATIS *effingunt plerique. Sed reuera vtriuſq; hæc eſt imago: quippe Vnius. Quæ, vt locum inueniat in ſingulorum animis, ceu domeſtico gratitudinis lalario, ad opportuna precum ſubſidia, pro tot, veſtri cauſa, exantlatis moleſtijs, ac laborib. poſtulo. Valete.* HERBIPOLI *è ſeminario* S. KILIANI *Franconiæ Apoſtoli. Anno Salutis reparatæ M. DC-XXIX. Kal. Ianuar.*

Salutis omnium Veſtr.
cupidiſſ.
Quem audiſtis
Maximilianus Sandæus.

Google

OPuſculum, cuius titulus, MARIA FLOS MYSTICVS, continens Orationes ſacras, habitas ad Sodales B. VIRGINIS, materia deſumpta è Floribus, à P. *Maximiliano Sandæo* Societatis Ieſu Theologo conſcriptum: atque à deputatis ad id Theologis lectum, & approbatum, Ego *Ioannes Copperus*, Societatis IESV, in Prouincia Rhenana ſuperiore Præpoſitus Prouincialis, conceſſa mihi poteſtate ab Adm. R.P.N. *Mutio Vitelleſco* Generali Præpoſito typis excudi permitto. Aſchaffenburgi IV. Auguſti, An. M. DCXXVIII.

Ioannes Copperus.

MAXI-



Vin' ſcire unde ſuum roſa candida traxerit oſtrum
Purgantem vidit virginem, et erubuit.

MAXIMILIANI SANDÆI FLOS MYSTICVS.

ORATIO PRIMA MARIA In Purificatione ROSA.

Quaſi plantatio ROSÆ in Iericho. Eccl. XXIV. 18.

Roſa myſtica ora pro nobis.

VERSAMVR in HORTO MARIANO, loco, non hieme minus, licet aſperrimâ, quàm vere primo, vel æſtate, florido, *Hortus Marianus ſemper floridus.*

 ac

ac peramæno. In eo autē, cùm ſint ad vnū omnia quę hortenſium delitiarū curatores æſtimare cōſueuerunt, herbularū, floſculorum, arbuſcularū, ſtirpiū, fruticū, plantularū genus omne: reperiantur monticuli, conualles, colliculi: viſantur vineæ: non deſint ſyluulæ: cōſpiciatur auiariū: exiliant fonticuli: diſcurrant fluuioli: pelluceat piſcinula: floreat labyrinthus inextricabilis: perſonet hydraulū politiſſimis fiſtulis cōpactum organum: quod non follibus, ſed aquis agitatum, reddit, per multiplices ſonos, muſicum concentum: denique ſit in eo ſtagnum, lacus, obeliſci, pyramides, ſtatuæ, arcus triumphales, aquæ ductus, thermæ, columnæ, & quid

Diuitiæ hortenſes.

quid nõ? etiam, quod mireris, alicubi ſenticetum.

NIHIL tamen eſt magis admirandum, quàm quod horũ ſingula, & quæ iiſdem continentur, infinita alia, vnicam Horti illius Heram, velut animatæ quædã imagines, repræſentẽt. Quod quidẽ anno ſuperiore proximè elapſo, dũ AVIARIVM MARIANVM ingreſſi, oblectaremus nos auicularum ſuauiſſimè cõcinentium choreis, in alitibus illis ſymbolicis demonſtrauimus. Hoc anno, miſſis aliis, inter ſpirantium, atque ridentium floſculorum plagas, ac puluinos, areolas vulgus vocat, inambulantes; nunc hanc, nunc illam areolam excutiemus, & quã bellè, quæ in qualibet rutilant,

Omnia Mariam repraſentant.

Auiarium.

tilart, MARIAM, quatenus illius, quo dicemus, diei feſtiuitate colitur, deſignent, declarabimus.

Roſarum genera.

Hodie Areolæ ROSARVM inſiſtemus, in qua quicquid caput exerit, DEIPARAM Patronam noſtram in *Purificatione* viſendã exhibet. Seu, quicquid in myſterio Purificationis arcanum, quidquid admirandum, quicquid contemplatione dignum, ROSÆ, abdita ſignificatione inuolutum habent, & ſapientiæ ſecretioris gnaris exprimunt.

Roſa Ierichuntina. *Roſa Mariæ.*

HABET autem hæc Areola Roſarum genus varium. Ex vmbilico eminet aliquantulum *Roſa Ierichuntina*, quæ paſſim ROSA MARIÆ audit. Hanc cingunt *Roſæ* Damaſce-

na

næ, ſeu Prouinciales, vt nunc Pharmacopæi vocant. Paulo remotius ſunt *Roſæ* ſylueſtres, &, quas, Boreales, Cinamomeas nuncupant. Iucundum præbent ſpectaculum in eadem areola, *Roſa* moſchata, Anglica, Numidica, Gallica, multiplici diuerſitate, rubra, candida, pallida, lutea, cærulea. Sed nunc abditam in Roſulis ſapientiam penetremus, &, ROSA MYSTICA patrocinante, eruamus.

Damaſcena. *Prouincialis.* *Sylueſtris.* *Borealis.* *Cinomomea.* *Moſchata.* *Anglica.* *Numidica.* *Gallica.* *Myſtica.* *Maria purificata.* *Maria haud indiga purificatione.*

DVM audio, MARIAM impleſſe *dies purgationis, ſecundum legem Moſis*, vel, vt nunc loquimur, fuiſſe purificatam. Inde enim nomen feſti, PVRIFICATIO: idem mihi ſonat, quod, *Mariam* non fuiſſe purgationis indigam: Sed Ma-

trem, vt caſtiſſimam, ſic puriſſimam. Nam, lege Moſis, illa tantum purgatione ſacrari iubebatur, cuius partus, & peccato prolis, & fæce ſanguinis infecti conſpurcatus prodierat. Quæ à *Matre* DEI, Iuſtitiæ ſolem, feliciſſimo, nitidiſſimoque nixu effundente, erant alieniſſima. Purgari non egebat, quæ virginitatem conceptu, & partu non amiſerat. Non Virginem, ſed mulierem corruptione deformatam lex ſtringebat. Excepta erat MARIA, quia DEIPARA.

Roſa ſymbolũ virgineæ puritatis.

O *Roſam myſticam*! Cuius prima ſignificatio eſt Virginalis puritas, pudore purpuriſſans. Ita commentatur Doctor Ambroſius, libro 1. de Virginibus; vbi, *Virginitas*, inquit, *amat gene-*

generari in Hortis, in quibus, dum Suſanna inambularet, inuenit Spõſum, mori prius, quam violari parata. Qui ſint autem Horti, ipſe demonſtrat, dicens; Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: Hortus concluſus, fons ſignatus: *Eo quod in hortis huius mundi impreſſam ſignaculis imaginem Dei ſinceri fontis vnda reſplendeat: ne volutabris ſpiritualium beſtiarum ſparſo cœno fluenta turbentur. Hic ille murali ſeptus ſpiritu pudor clauditur ne pateat ad rapinam. Itaque ſicut Hortus furibus inacceſſus vitem redolet, fragrat oleam, Roſam renidet: Vt in vite religio: in oleâ pax: in Roſa pudor ſacratæ Virginitatis inoleſcat.* PVRITATIS Marianæ ſymbolum eſt ROSA. *Colorem* ſpecta. Nonnullæ in Horto Mariano pur-

Hortus Concluſus.

Roſa ſymbolũ puritatis.

purâ ſanguineâ ſaturæ puni-
I. Colore. Purpurea. Niuea. Pallida. cant: aliæ aſpectu niueo micant: quædam candore, & rubore confuſis flammeo rutilant, Virgineis genis concolores. Purpureus Color, pudorem: Candor, puritatem: pallor, vtriuſque conſeruandi ſollicitudinem denotat. Singulare autem illud eſt Ierichuntinæ, quod floſculos albos profundat. Poſſétne eſſe quidpiã magis accommodatum ad puritatem Virginis exprimendam.

II. Odor Roſarum. Pierius lib. LV. EANDEM denotat *Odor*, qui è *Roſâ* eſt fragrantiſſimus, adeo, vt Plutarchus dictam velit, Ῥόδον, ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδμῆς ἀφίησι, quod ingenti odoris redundantia diffluat: Eo autem ſordidiſſimum animal ſcarabeum,

beum, cui res plurimum eſt cum ſtercore, enecari in confeſſo eſt. Quo illuſtri ſymbolo, Puritas exprimitur, qua omne, quod caſtitati eſt contrarium, ſordibus amicum, interit. *Scarabeũ roſa necat.*

Id magis repræſentat *Roſa*, neſcio quæ, quam in hac areola conſpexi, cuius eſt aſperrimus vmbilicus. Nam ſi fides Philoſopho: illæ optimi odoris ſunt *Roſæ*, quarum vmbilicus eſt duriſſimus. Quamobrem veteres, quas volebant innuere eſſe odoris ſuauiſſimi, aiebant bonum vmbilicum habere. ROSA MYSTICA vmbilico ſane fuit aſperrimo. Nulla virginum vmbilicum lumboſque magis per continentiam, & intemeratam ca- *Roſa aſperrimi vmbilici.* *Ariſt. 1. Probl. Sect. 12.*

ſtitatem exaſperauit, ſuccinxitque, quam *Regina Virginum*: quid mirum eius Puritatem olere ſuauiſſime?

Purificationis vox innuit impuritatẽ præcedentem.

AT enim, ipſa Purificationis vox, dicet quispiam inſinuat, nonnihil ſummæ puritati aduerſum. Nã, in qua nihil piandũ, expiationẽ non ſuſcipit: in qua nulla eſt macula, nõ mundatur: in qua ſordiũ nihil, cur purificetur? Fateor, apud religionis ignaros, voculâ illâ ſuſpicionẽ iniici poſſe, nõ fuiſſe omnino abſq; næno puritatem Deiparæ. Et ſane fuerunt olim nefarii quidã homines, indigni, quos nominem⁹, qui, vt virginitatem illius ſcelerate, ita immaculatam puritatem impie ſunt traducere conati. Quid? quod inter Catho-

licos

licos ſcriptores reperti ſunt aliqui, qui DEIPARAM, & Purificationis legi obnoxiam, & aliqua partus immunditia inquinatam adfirmarunt, Rabbinorum ſomnia ſequuti.

Abulen. in c. XII. Leuit. Q. 2.3.20. Caieta: Oleaſt. ibid. Ganſa c. 10. Concor.

SED non turberis Virginis amator. ROSAM intuere: tegi poſſunt aliquamdiu folia, ſed perrumpent tandem, & vi propria peruincēt. Virgo ſub Purificationis tegumento *Roſa* eſt, quæ premitur. Expecta: ſuperabit. Hic mihi in mentem venit, quod in Symbolica Ægyptiorũ verſatiſſimus Valerianus Bolzanius narrat: poſtulaſſe à ſe Iulium Cardinalem Mediceum, quo exprimi poſſet hieroglyphico ſententia illa, quam Cardinalis toto vitæ ſuæ curſu vnice adama-

Roſa decor tegitur aliquando.

Pier. Præfat. in lib. LV.

Gnome Cardinalis Medicei.

rat: ALIORVM PRAVITAS BONORVM OPERVM OPE PERVINCENDA EST. Reſpondiſſe autem ſe Cardinali: non occurrere ſibi magis breue, & expeditum hieroglyphicum, quam, quod notaſſet in imagine Iuliani. Medices, Magni Laurentij fratris, quæ Florentiæ eſt in precio. Cernere eſt in ea *Roſam* candore niueo adpictam, quam pollice foliis ſuperimpoſito continere videtur. An non hoc eſt, MALVM BONITATIS OPE SVPERA? Nam *Roſa* quid aliud præ ſe ferat, dũ pulcherrimam floris ſpeciem ex calycibus explicat, depulſa ſpinarum aſperitate, quæ floris, tam elegantis amœnitatem opprimebant, eamque quodammo-

do

do ſtrangulare videbantur: niſi illa virtute, conatuque ſuo ſemetipſam expediuiſſet, cō-modiſſimeque patefeciſſet: quam nullum eſſe prauitatis conatum, tam peruicacem: non eſſe vllam aduerſariorum contumaciam tam inuincibilem, quam innocentia ſuis nixa viribus non euincat, ſeque tandem oſtendat cum triumpho.

Prematur Purificationis pōdere, tanquam pollice, puritas Virginis, obueletur legis Moſaicæ quibuſdam quaſi foliis: vulgaris opinionis contegatur inuolucro: *Roſa* eſt, erumpet è calyce, & quicquid eſt obſtaculi, diſſipabit: Audiet tandem, ſicut audit modo per orbem vniuerſum: *Tota* *Innocentia tandem peruincit.*

pulchra es Amica mea, Columba mea, formoſa mea: & macula non eſt in te: purior hominibus, ſplẽdidior ſideribus, mundior Angelis: in quam nihil inquinatum vnquam incurrit: quam nulla, vel peccati, vel naturæ, vel legis infecit impuritas: quã decuit ea nitere puritate, qua ſub DEO nequit maior intelligi, inquit Antiſtes Cantuarienſis.

Colorem Roſæ quis violet. O ROSAM MYSTICAM! cuius dotes opto ſodalibus, quippe eius, quam venerantur, *Colorem, Odorem, Vmbilicum*: Colorem niueum puritatis, quem inficit, quiſquis lingua ſalax, verbis laſciuis fœditatem promit, quam in Corde, vt ſpurcitiæ cloacæ, detinet: quis quis emiſſitiis oculis, in

foro,

foro, platea, templo alterius pudicitiæ inſidiatur, dum proſtituit ſuam: quisquis fœdarum imaginum aſpectu fomitem in ſenſualitate fumantem accendit, quem lacrimis oportuiſſet extinguere, quisquis obſcœni lectione libri flāmas in carne, vt ſtipula, ventilat, quas opprimere ſacco debuiſſet: quisquis molliſſimis concētuum amatoriorū modulis latitantem in corpore Leuiathan cōcitat: quisquis ad grauiora progreſſus, facto candorem conſpurcat: quisquis Eccleſiaſticorum aliam ſpōſam, quam, cui ſe ſemel addixit: cuius patrimonio eſt opulentatus, cuius dote viuit: cuius ſucco alitur: cuius ſanguine nutritur, amare præſumit: quisquis

quis non eiicit Agar, & filium eius. Quiſquis laicorum, verbo, facto, cogitatu animi munditiem lædit: qui fidem ſemel datam non ſeruat: qui alienæ adhinnit. Qui in conuiuiis, ſympoſiis, circulis, niſi prætextatis, & feſcenninis, turpiſſimisque colloquiis hilaritatem fouere neſcit: tum eloquens, quādo de Venere, Catulla, Flora, eſt ore illoto ac ſpumante garriendum: tunc balbus, & elinguis, cum de pietate, *Maria*, Deo, vel verbulo diſſerendum.

Ab odore Roſæ destituti.

QVID mirum iſtiuſmodi flagitioſos, nomine ſodalium indignos, ab odore quoq; *Roſæ* eſſe deſtitutos. Qui mephitim incontinentiæ vbiq; circumferunt, qui olent nauteam turpitu-

pitudinis: quorum præcordia eructant, vt fætentium, laſciuiæ graueolentium: qui non *Roſarum*, ſed alliorum, & cæparum inſtar, odore ſunt auſtero, & acri luxuriantis carnis. Hi, non bonus ſunt odor Chriſti, ſed malus Cacodęmonis: quo non tantum vicinia, ſed tota impletur ciuitas: vtinam non etiam prouincia vniuerſa, in quâ de quibusdam tam inſignitè improbis, & contra ſtatum ſuum luxuriantib. cum deteſtatione, ac indignatione bonorum: nec non ordinis totius infamia vulgus etiam in tonſtrinis loquitur: populus muſſitat.

His ego, præter *odorem, colorémque* roſaceum, *Vmbilicum* etiam bonum precor: quem obtine- *Quibus vmbilicus bonus.*

obtinebunt, Si lumbos carnis ſuæ caſtitatis fibula arctiſſime ſtringant: Si pœnitentiæ, atq; abſtinentiæ, ac Chriſtianæ mortificationis, vt loquuntur Aſcetæ, ſpinis, os, linguam, oculos, aures obſepiant: ſi carnem ſuam caſtigent cum vitiis, & concupiſcentiis.

Malæ famæ viri boni.

Quod cum faciant aliqui præclarè, ſacrati potiſſimum ordinis homines, tamen obſcuri latent, imò malè audiunt: ipſorum fama premitur: bono nomini detrahitur: dicitur potator, qui eſt abſtemius; laſciuus, qui temperans: impurus, qui continens. Sed inuidiæ pollice tegi poſſunt, ac premi *Roſæ* folia. Expectate boni Religioſi: pergite porro iuſtis: durate; animo non diffidite: aliorum

liorum

liorum inuidam prauitatem inſita virtutis vi peruinceris: erumpet tandem è calyce pulcherrima *Roſa*.

QVÆ non magis eſt *Puritatis*, quam *Humilitatis* ſymbolum: ideoque maximè idonea Virginis purificationis ſacra obeuntis imago. Quæſitum aliquando reperio, quęnam ex feſtiuitatibus Deiparæ: aut, quodnam illius myſterium ſummæ eius humilitati dicari poſſet? perſuaderi mihi paſſus ſum, non aliud magis, quàm *Purificationis*. Argumentum opinationis huiuſce mellifluus DoctorBernardus ſuppeditat: qui humilitatem, quam Virgo in *Purificatione* exercuit, confert cum eâ, quam Chriſtus, in circumciſione, quę peccatoribus *RoſaHumilitatis ſymbolũ.* NOTÆ.

ſolum

ſolum conueniebat, declarauit.

S. Bern. Ser. III. de purificat.

PVTAS inquit Bernardus, *non poterat moueri animus Virginis, & dicere: quid mihi opus purificatione? Cur abſtineam ab ingreſſu templi, cuius vterus, neſciens virum, templum factus eſt Spiritus Sancti! Cur non ingrediar templum quæ peperi Dominum templi? Nihil in hoc conceptu: nihil in partu impurum fuit: nihil illicitum, nihil purgandum. Nimirum, cum proles iſta fons puritatis ſit, & purgationem venerit facere delictorũ. Quid in me legalis purificet obſeruatio, quæ puriſſima facta ſum ipſo partu immaculato? Vere ô Beata virgo, vere non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione, Sed numquid filio tuo opus erat circumciſione? Eſto inter mulieres,*

tan-

quam vna earum: nam, & fili-
tuus ſic eſt in numero puerorum.
rcumcidi voluit, & non multo
agis velit offerri?

IDEM autem Bernardus, *Circumciſio Humilitatis exemplũ.*
ircumciſionem vocat mani-
ſtum humilitatis exemplum
uo adeo ſe abiecerit Dei fili-
s, vt ſi Deus poſſet non agno-
ere Filium ſuum, in quo illi
ene complacuit, in circum-
iſione, ſub cultro expiatio-
is, cum ignoraſſet, cum mo-
aliorum infantium illum
ircumcidi vidit. Credite mi-
i, adeo ſe in *Purificationis* ſo-
enniis abiecit *Maria*, vt ſi in
anctiſſimam Triadem aliqua
aderet ignoratio, & Pater
eſciſſet, certè dubitare po-
uiſſet, hæc ne illa eſſet, quam
ingulari adoptione in filiam
adſci-

adſciuerat:& Spiritus ſanctus hæſiſſet ambiguus, hæccine illa ſponſa, quam intemerata virginitate peperiſſe ſciebat: & Filius ignoraſſet, an hæc illa parens, cuius inuiolato ſigillo ventris clauſtra ſe egreſſum recordabatur. Si enim eſſet, ad quid ergo Purificatio? O incredibilem humilitatem Dei Matris?

Roſa Iericuntina deſcriptio
NOTÆ. *Lonicerus Lobellus. Salignia- cus.*

CVIVS ſymbolum eſt ROSA, plantula humilis: Sed illa maxime, quæ vocatur, *Iericuntina*, vt agnoſcatur virgo, *Plantatio Roſæ in Ievicho:* quam, qui deſcribunt, rei herbariæ periti, dicunt eſſe, fruticem venoſum, odoratum, maxime, dum eſt recens, ramulis duriuſculis, ac ſpinoſis, colore ſubflauo, habere foliola oliuæ ſimilia,

lia,bacculas racematim cohę-
rentes, flores violæ candidos:
denique, quod nunc ſpecta-
mus,non alte à ſolo exſurgere.
Ob quam cauſſam,oppoſitio- *Eccl.*
nem poſſes agnoſcere in illo XXIV.
virginis encomio, apud Ec- 18.
cleſiaſticum: *Quaſi palma exal-
tata ſum in Cades, & quaſi planta-
tio roſæ in Iericho.* Vt idcirco
Deipara dicat, ſe, inſtar pal-
mæ altiſſimæ in Aſſumptione
fuiſſe eleuatam: quia in Puri-
ficatione, inſtar Roſæ humil-
limæ,ſeſe abiecerat.

O quam procul ab hac *Roſæ* *Virginis*
proprietate ſunt, qui tamen *M. admi-*
ROSAM *Iericuntinam* ſe colere *randa hu-*
fingunt, imitari velle iacti- *militas.*
ant. At quid tibi Purificatio
neceſſaria, Mater puriſſima?
quæ peccatum nec commiſi-
ſti,

ſti,nec contraxiſti. Quod non feceris, docet innocentia nũquam deperdita : quod non contraxeris, probat viſcerum integritas. Sponſum quidem habuiſti, cuius obumbratione fuiſti grauida. Sed is DEVS erat,in quem peccatum non cadit:peperiſti,ſed fontem puritatis,qui ex impura non ſcaturit, genuiſti:ſed ipſam incorruptionem,quam non producit corrupta.

Humana ſuperbia oppoſita Humilitati D.V.

SVPER hæc omnia: Purificatur ſpeculum ſine macula Mater intemerata. Et ſi non eguit, voluit tamen purificari. Nec veſtigiũ quidem impuritatis habens, remedium non refugit impuritatis. Non ſic impij,non ſic: non ſic agit perverſitas elationis humanæ. E-

rubeſci-

rubeſcimus per confeſſionis laticem publice purgari, latebras quærentes : vel tenebras, aut locum ſolitarium, quaſi pro ruſtica tantum plebe, pro pauperum turba, pro cæcis & claudis erecta ſint in templis propalam cõfeſſariorum tribunalia; non pro opulentis, optimatibus, nobilibus; qui tamen publice, ſpectante hominum corona; in conuiuiis, aſſidente non parua ſociorum turba ;, in congreſſibus quotidianis, præſentibus domeſticis, & extraneis, fædari impuriſſima lingua, vt alia taceam, non veremur: imo de editate commiſſa interdum iam gloriamur.

QVAM nemo potuit de impuritatis vllius, vel leuiſſi- *Ruborem vincit humilitas.*

C mo

mo næuo habere ſuſpectam, ipſa impuritatis remedium, & verecundum pariter, & vulgare paupercularum, ſine vlla neceſſitate publice ſuſcepit. Nos è contrario, inuerecundi ad obſcænitatem maculantis culpæ, erubeſcimus ágere pænitentiam: quod extremæ dementiæ eſt, malè proni in impuritatem, peius ad purificationem verecundi. Quæ impuritatem non contraxerat, non dedignata eſt ſe impuram reputari; Nos & eſſe volumus impuri & nolumus æſtimari. Imitemur *Roſam Iericuntinam*. Ab omni impuritate ſimus procul, purificationis tamen demiſſionem non detrectemus.

Silentiū Mariæ. QVAM in Virgine *Maria*, cum

cum ſuſpicio, tum illud etiam admiror ex eodem fonte profectum: non fuiſſe auditam vocem vllam modeſtiſſimæ Puerperæ, ſiue dum ad templum acceſſit, ſiue dum filium obtulit. Non exponit Simeoni, quæ ſit: vnde domo: quò euecta: quid interſe, & Angelum actũ: quis ille partus, quo patre cõceptus: qua puritate in lucem editus: quibus miraculis à paſtoribus agnitus, à regibus adoratus. Non filii, non ſuam dignitatem enarrat: non incipit magna voce, quod tam multis humana ſuggerit arrogantia: *ego*: & quæ ſequi ſolent, ex eadem ſcaturigine. Sed ſilet: caſſe ruminans: *Secretum meum mihi*. O ROSAM humilis ſilentii indicẽ? Apud Germa- *Roſa ſilentii index.*

 nos

nos dico, & in Franconia, in qua obſeruaui, *Roſam* in tricliniis ſupra menſæ verticem affixam conſpici plurimũ. Cauſam percontatus, accepi, gentis more *Roſam* ſilentium conuiuis indicere:

NOTÆ.

Inde Roſam menſis hoſpes ſuſpendit amicis
Conuiua vt ſub ea, dicta tacenda ſciat.

Imo paſſim inſuſurrant ſibi amiculi, cum ſecretum auribus committunt. *Hæc ſub Roſa.* Sed antiquior hic mos eſt, quam Franconicum nomen. Notaui enim iam olim Amorem poëticum Harpocrati ſilentii DEO *Roſam* conſecraſſe, qua loquacibus exhiberetur ſilentii ſymbolum. Non inepte igitur MARIAM in Purificatione ſilentii tenaciſſimam, *Roſa*

re-

epræſentari diximus. QVAM-
ıs in omni vita , hoc titulo,
oſa fuerit & quidem *Penta-* *Roſa Pentaphyllis.*
hyllis. Sciunt, quid innuam,
uibus aliqua eſt rei herbariæ
otitia ex Theophraſto. A- NOTÆ.
ud quem leges, *Roſas* quibus
auca ſunt folia , præſtantio-
es eſſe iis, quæ pluribus luxu-
iant : optimas cenſeri folio-
um quinque, viliſſimas, qui-
us ſunt centum. Verba ex
re, vt folia , è frutice proflu-
nt: quæ , quo ſunt pauciora,
o generoſior eſt plātula. Au-
iſtisne autem aliquando *Ma-*
rem Domini quinquies loquu-
am legi in Euangelio ? quod
bſeruatum à multis : ſemel
Angelo: ſemel Eliſabethæ: ſe-
nel menſæ miniſtris : bis fi-
io : nonne rectè eam appel-

laueris, quinque foliorum *Roſam*?

Garrulitas iactãtia iuncta. QVAM vtinam imitentur, qui graculos garrulitate ſuperant: quibus nullum eſt ſecretum: apud quos nihil reponere poſſis, quod non prodant: quorũ lingua in perpetuo eſt motu. Qui, ſi quid faciant præclarè, quamuis priuatim, illud prædicant ſuper tecta. Quibus aſſiduè in ore: *Ille ego, qui quondam: Nos poma natamus. Nos fecimus. Nos diximus. Nos patrauimus.* glorioſi troſſuli: quibus os non roſis, ſed ſentibus obturãdum eſſet.

B. Ioſcij Roſa. His ego ſuadeo, vt *Roſæ* eſſe velint, & quidem quinque foliorum. Quod dum opto, non in illas anguſtias quemquam ex amicis meis conijcere cogito,

to, vt toto vitæ tempore, non niſi quinquies loquatur: ſed, vt cotidie quinquies, cum Maria Matre ſua ſuauiſſimè loquatur: ſic eris *Roſa pentaphyllis.* Qualem fuiſſe reperio B. Ioſcium, qui piè defunctus eſt in Monaſterio D. Bertini apud Audomarēſes, An. MCLXIII. Solitus is erat diebus ſingulis recitare Pſalmos quinq;, quorum literæ initiales efficiunt nomen *Maria*, ſingulisque orationem præmittebat Angelicam. Quem orandi modum, vt ſibi placuiſſe B. Virgo cælitus declararet, effecit, vt ex demortui capite quinque, vel-ut recentes, prodirent ROSÆ. Ex ore vna (& in hac nomen *Maria*, litteris aureis exaratū erat) binæ ex oculis, & aliæ ex

auribus binæ. Atque hoc miraculum ſeptem diebus continuis in templo factum eſt omnibus palam, teſtem oculatum habuit Epiſcopum Atrebatenſem. Hi verò erant Pſalmi:

AVE { *Magnificat.* Luc. I.
Ad Dominum. Pſal. CXIX.
Retribue. Pſal. CXVIII.
In conuertendo. Pſ. CXXV.
Ad te leuaui. Pſ. CXXII. }

O quam vellem, omnes mihi caros ſodales, iſtiuſmodi eſſe *Roſas*! Quod ſi non omnes, memoriæ; qua plurimi ſunt fugaci ac fluida, cum de diuinis agitur, pſalmos illos impreſſos habeant; fortaſſe reperietur aliquis, tanta liberalitate, in hoc ampliſſimo conſeſſu, qui tam immenſum volumen,

nen, quod quinque pſalmos, & AVE MARIA, contineat, typis exprimi curabit, & Sodalibus Marianis diſtribuet. Sat ſit inſinuaſſe.

Nos interim ROSAM noſtram per ocium rurſus contemplemur. Orbis delitiæ, florum princeps, & honos eſt *Roſa*, quam in Anglia, cuius ſceptrum coronat, hortulani Britanni, non ſolum mirè feracem, biferam ſæpè, quandoq; triferam: Sed & ipſa bruma virentem, & penè perpetuifoliam vident: ita fide digni auctores aſſerunt. Nonne cernis *Roſam myſticam* ſceptrum Diuinitatis coronantem, ſupra omnem Anglicanam, feracem tot Sodalium floſculis? non biferam modò, ſed multi- *Roſa ferax.* *In Anglia.*

feram, & virginitate ante partum, in partu, poſt partum perpetui-foliam? Non florentem tantum in pueritiâ puritate, vt ex nobis aliqui, in adoleſcentia caſtitate; in iuuentute, innocentiâ, in matura ætate, ſanctimonia; Sed ſemper & vbique perpetuifoliam! verè ROSAM.

Roſa ſymbolũ fragilis decoris.

Sed quid tu *Roſam*, inquis, eſſe *Mariam*, dicet aliquis. An non flos ille, tam Venuſtus, tam ſuaueolens: tam pulcher viſu, tam ſuaui odore, delectabilis, humanæ, eſt imbecillitatis hieroglyphicum: ac boni momentanei ſignum! Tam breuis illi vita, tam caducus decor, vt quo die florens, vigenſque enituerit, eodem die defloreat, & elangueſcat. An non

non legiſti in poeta, qui olim lugubri nænia, *Roſam* non tam celebrauit, quam deplorauit, quomodo repentinam hanc iucunditatis rapinam lamentetur?

Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam.
Et dum naſcuntur conſenuiſſe Roſas.

Mortis praproperæ ſignū.

Non occurrit acerba illa adoleſcentiæ querimonia.

Quam longa vna dies, ætas tam longa Roſarum
Quas pubeſcentes iuncta ſenecta premit.

Non audiſti puerulum vix natum, mox denatum, balbutientem è tumbula.

Sic Roſa vix lætum calathi pandebat honorem,
Cum cadit, & rutilo murice pingit humum.

Non recordaris amplius in-

felicis illius amatoris, lamentantis, *Roſam* è veſtigio tabeſcere, violam cito ſeneſcere, liliũ paruo poſt tempore marceſcere, & veluti albam niuem illico liqueſcentẽ effluere! Itaque Roſa puritatis cito interituræ, ac fugientis eſt imago.

Apud Theocritum.

Roſa ſymbolũm Æternitatis.

FATEOR: ſed adde, eandem eſſe ſymbolum rei æternaturæ, non minus, quam Æternitatis. Inuolute id ſignificauit Poëtarum princeps, apud quem inuenio, venerem ῥοδινῷ ἐλαίῳ Hectoris cadauer obungere, vt â canum iniuria quibus id obiecerat Achylles, aliiſque corruptionem adferre ſolitis, inoffenſũ præſtaret. Tantam ineſſe *Roſæ* vim aduerſus corrumpentia exiſtimauit

Oleo roſacco.

mauit Homerus. Idem alia fictione indicatum ab ingenioſis quibuſdam Philologis, qui narrabant *Roſam* enatam ex ſudore fœminæ, cui nomen Ionæ. Huius fuiſſe indolem, vt in diluculo candida, in meridie rubea, proxima iam nocte viridis appareret. Viror autem immortalitatis eſt indicium: quaſi mors illi immortalitatem adferret.

Puritas humana fragilis.

FVIT Virginis Matris puritas, & eius omnis alia virtus, ſi humanam ſpectes imbecillitatem, fragilis, caduca, fugax. Si diuinam protectionem, & ſingularem Deiparæ prærogatiuam, conſtans, immortalis, æterna. Vtrumque *Roſa* denotat. *O Roſam myſticam!* Cui ſi commentum poëticum ac-

Ope diuina conſtans.

commodare lubet: dic, MARIAM in ſuæ conceptionis diluculo *Roſam* fuiſſe gratiæ nitore candidam: in Purificationis meridie, ſolis iuſtitiæ flammis, quem vlnis geſtabat, ignitam, ac rubicũdam: in nocte tandem obitus feliciſſimi, viridem, ab omni putrefactione immunem.

Roſa inter ſpinas. AT fuitne puritas Virginis ſine ſpinis? Quia *Roſa* ſine ſpinis non naſcitur, *Roſæ* ſimulacrum ſignificat bonum, quod vndique circumſeptũ eſt malis. Hinc voluptatis, & vitæ vniuerſim eſt imago. Siquidẽ, vt philoſophatur Ambroſius: Roſam ſpina ſepſit, tanqum humanæ vitæ ſpeculum oſtẽtaret, quæ quod eſſe potuit ſuauitatis, finitimis curarum ſtimu-

Bonum malis obſeptum.

In Hexã.

Vita humana.

ſtimulis ſæpe compunctum amareſcere videatur. Vallata eſt elegantia vitæ noſtræ, & quibuſdam ſolicitudinib. obſepta, vt triſtitia ſemper adiuncta ſit hilaritati. Habet puritas humana ſuas ſpinas: quas & Paulus expertus, quem ſtimulus carnis pungebat. Sed non expers eſt, magis acutis etiam, voluptas puritati inimica, vt non minus vere, quam lepidè Catullus dixerit, venerem ſpinoſas in pectore curas ſerere.

Spina puritatis.

Voluptas.

VNA, eſt VIRGO, ſine ſpinis ROSA. Diſputatur à Scripturæ diuinæ Interpretibus: An mundi exordio, tertio creationis die, *Roſa* ſine ſpinis ſit producta. Quid dicant recentiores, haud moror. Auctoritas apud

Maria Roſa ſine ſpinis.

NOTA.

apud me magna eſt Diuorum, Baſilii, & Ambroſii, qui tradunt *Roſam* primitus ſpinis caruiſſe: poſtea pulchritudini floris additos aculeos.

Baſil. Hom. III. Hexam. Amb. lib. III. Hexam.

Et ſane, Geneſis tertio capite ſpinarum germinatio à Deo in pænam peccati videtur prædicta. Voluit nimirum DEVS, vt quod ex voluptate oblectamentum percipit homo, propinquo inde dolore exulceratus, qui ex delicti recordatione emergit, ſtatim amittat. Virginis Matris eiuſque Puritatis ſymbolum fuit *Roſa* ſine ſpinis edita. Non habuit illa in conceptu ſpinam originariam, quâ fuerit compuncta. Non habuit in vitâ vllum peccati aculeum, quem ſenſerit innocẽtiæ aduerſum. Nul-

Pier. lib. LV.

lis

lis cogitationum ſentibus impetita fuit illius vnquam puritas extincto fomite.

HINC MARIÆ ſtabilitur *Titulus*, VIRGO VIRGINVM, qui ob puritatis excellentiam illi conuenit. Sed ROSÆ hieroglyphico exprimitur, cui principatus eſt in floribus & Regnum. *Virgo Virginũ.* *Roſa ſymbolũ principatus.*

ILLVD etiam huc facit, quod ROSAM à principio ſuæ conditionis candidam fuiſſe Poëtæ canant. At, cum Dea, vt vocabatur, venus, molli ſuo veſtigio eam calcaret, ſpinis illius puncta, ſanguis effluxit, quo *Roſa* conſperſa, purpureum & rubicundũ induit colorem. Scias certo, DEIPARAM fuiſſe ROSAM puritate & cãdore, qualis ab initio fuit NOTA. *Roſa initio candida.*

con-

condita : nunquam Veneris pedem illam cõculcaſſe: imo, ne tetigiſſe quidem. Audi addictiſſimum virgini Richardũ: *In ceteris ſanctis magnificum fuit, quod à vitiis non ſint expugnati. In virgine autem, quod ne in modico ſit impugnata.*

Richar. lib. II. de Emmanu cap. 28.

Fructus conſiderationis ex Roſa. NOTÆ.

HÆc ad honorem Magnæ Matris plurimum faciunt, ais, ſed quis mihi inde fructus, qui tantæ Matris ſum cliens, & filius! *Roſa* illa ſit & dicatur, quid inde ad me deriuabitur? Hic noua eſſet opus commentatione, ſed multa in pauca conferam. ROSAM matrem habes, mi ſodalis, quid tantopere tu expetis.

Sanandi vis in Roſa.

SANITATEM dicet aliquis? animæne, an corporis! vtramque. Bono ſis animo *Roſa* admi-

admirandæ eſt, ad ſanitatem procurandam virtutis? Tu magis, quam febribus, æſtuas adfectuum, perturbationumque flammis, id oſtendunt iracundiæ impetus, furor, exclamatio: ardes laſciuiæ, igne omnia depaſcente, id apparet ex vultu, oculis, totius corporis motu. *Roſa*, inquit Dioſcorides, *refrigerat, tam viridis quam ſicca, ſed ſicca multo magis*. Nihil efficacius ad refrigerandam mentem, dum libidine accenditur, dum paſſionibus concutitur, dum inflammatur iracundia, quam *Roſa myſtica* vel conſideratione parti læſæ admota: vel imitatione ſumpta. Aſpice Matrem tuam, dum caro titillat, iracundia irritat, bilis rixas cõcitat, furor arma miniſtrat, *Roſa refrigerat.*

eam-

eamque imitare, ſubitò refrigeratus, â flammis eris liber.

INTIMIS flagras præcordiis, occulta hypocryſi, abditâ ambitione, non prodente ſe foras inuidia: *Roſa* tuſa præcordiorum inflammationib. medetur: tunde, tunde *Roſam mysticam* perpetuo imitandi deſiderio, abditis omnibus vitiis remedium adhibueris. Doles caput: nam torquet te ſuperbia, cui ſedes in capite: aures pruriunt ad murmurationes, detractiones, praua colloquia; gingiuas corrupit tibi gula: guttur exaſperauit nimia vini profluuies; Oculos infecit vanitas, illiq; iuncta cupido luxuriæ. Accipe *Roſam*, ex quâ decoctâ expreſſus liquor ni fallat Dioſcorides, facit ad dolo-

Roſa præcordiorum inflammationibus medetur.

dolores capitis, aurium gingiuarum, oculorum mitigãdos, & perſanandos. Ad eadẽ plus valet *Roſæ Myſticæ*, diligenti ad imitandũ meditatione expreſſus gratiæ ſuccus, quo ſenſus illinc quotidie, ne vitiorum doloribus torqueantur.

Dolores capitis ſanat.

QVADRVPLICEM maxime vim medicam in *Roſa* agnoſcunt, & commendant periti, vt auctor eſt Plinius. Prima eſt, quod cor confortet: altera quod fluxum ſiſtat: tertia quod oculos clarificet: quarta, quod caput ſubleuet. Fragile tibi cor eſt, & infirmum, expers robore caritatis: *Roſam Myſticam* adhibe, amorem diuinum, qui fortis eſt, vt mors, ad roborandum impetrabit. Fluxu laboras, non ſanguinis, ſed

Quadruplex vis medica in Roſa. Li. XXI. cap. 24.

Confortat cor.

Fluxum ſiſtit.

ſed vanitatis, fortaſſe, & luxuriæ: *Roſam Myſticam* mande, timorem Dei ſenties tibi indi, quo potenter fluxus omnis reprimetur: fons cupidinis exſiccabitur: oculis, nõ tam corporis, quam mentis es caligantibus: in errorum perpetuo tenebris verſaris: ad virtutis iubar, vt noctua, ad ſolis, hallucinaris. *Roſam myſticam* appone: ſapientiæ eſt Mater, caligantem intellectum illuſtrabit. Capite in terram demiſſo ambulas, nam premitur terrenarum cogitationũ pondere. *Roſam Myſticam* applica: illa mentis caput ad ſupernarum deſideria rerum eleuabit.

Oculos clarificat.

Caput ſubleuat.

Est, qui præter ſanitatem, formam vellet, omni elegantia decoram: capitur pulchritudi-

Forma conciliatrix Roſa.

tudine:venuſtatem amat: vti-
nam animæ magis, quam cor-
poris, vtriuſque ROSA eſt con-
ciliatrix. Ita perſuaſum olim
ſapientibus. Apud Homerum
leges, cum Vlyſſes, qui idea
fuit hominis, ſapientiam vbi-
que inquirentis, aduerſa for-
tuna nauigaſſet, & ſqualidus à
marinis fluctibus in Phæacia
proiectus trepidaret, Deam
Palladem viri miſeratione du-
ctam, roſaceo illum oleo inun-
xiſſe. Quo pacto ab inedia, ac
maris ſalſugine quatriduo to-
lerata recreato priſtinum de-
cus reſtituit: addidit nouum,
vt dignior venerabiliorque ap-
pareret. Eodem oleo â Matre
ſua, Roſarum, vt antiqui fabu-
labantur, Dea, delibutum Æ- *Pier. Valer.*
neam exiſtimat vir doctus, cū,

vt

vt eſt apud Virgilium, in Carthaginis templo.

Reſtitit Æneas claraq; in luce refulſit.
Os humeroſque Deo ſimilis: namque illa decorum
Cæſariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum & lætos, oculis afflarat honores.

An hic etiam referre fas eſt, quod Apuleius in turpem aſinum conuerſus, ſpeciem humanam non ante recuperaſſe fingatur, quam roſarum manipulos diligenter perquiſitos in ſtomachum traieciſſet.

Deipara formam perditam reſtituit. VIRGO MARIA vere roſea, vere *Roſa*, decumanis peccatorum fluctibus oppreſſos: multis annis criminum ſalſugine deformatos: imo tot beſtiarum formas, quot ſunt ſcelerum

lerum capita, indutos, in priorem felicitatem reducit: à iumentis inſipientibus, homines iterum efficit, aſininam ſtupiditatem profligat, Nabuchodonoſorem bouem in hominem, exemplo, prece, afflatu commutat.

QVOSDAM non tam formæ gratia, quam linguæ, capit: optant eloquentiam, & perſuadendi facultatem: ſuauem loquendi modum. Hi *Roſam Myſticam* habent: quam ſi familiarem ſibi fecerint, quot verba, tot *Roſas* profundent: ſimiles Patronæ, cui proprium fuit, quoties os aperiret, roſas loqui: dum operando manus exerceret, roſas fundere: quocumque ſe conferret, roſas naſcentes premere: quicquid *Gratiam linguæ Roſa denotat.*

D cal-

calcabat pes Marianus, roſa fiebat. Fortaſſe occinebant Mariæ, qui ſemper eius latus cingebant, boni Genij.

Dũ loquitur vernas efflat ab ore roſas.

Gratiam Principũ Roſa procurat.

DESIDERABIT alius quiſpiam gratiam principis: melius, ſi DEI. Ad *Roſam Myſticam* confugiat. Indorum Magi in arcanis ſuis prodiderunt. Si quis phialam roſaceo plenam oleo dextra manu, conceptisque verbis Deo obtulerit, & ſe poſtmodum hoc oleo inunxerit, tam gratioſum Principi, à quo quidpiam obtinere exoptarit, futurum, vt ille nequeat votis illius non benignè reſpondere. Nunquam ad orandum DEVM accedas: nunquam ad impetrandam peccatorum gratiam cæleſtem iu-

dicem

dicem conuenias: nunquam aliquid obtinere â ſupremo Numine attentes, niſi prius oleo imitationis Marianarum virtutum te inunxeris. Hoc ſi prius â te factum, certo certius impetrabis.

INDIGES Humilitate, *Roſam* ex Horto Mariano decerpe. Humilis plantula, quæ parum ſe ex humo tollit, ad modeſtiam te erudiet. *Humilitatis ſymbolum Roſa.*

PATIENTIA tibi opus? haud dubie, & mihi profecto vt multis aliis, imo nobis omnibus: *Roſam myſticam* intueamur. Naſcitur ſpinis ſepta *Roſa*: & hiſpidis aculeis eius haſtilia incrudeſcunt: & quo magis excreſcit plantula, eo denſiores, durioreſque ſpinæ concreſcũt. O quot dolorum ſpi- *Patientia.*

nis compuncta fuit *Roſa Myſtica*, quæ audit hodie: *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, acuta, Deus bone! ſpina. Sed audita-ne eſt vnquam vox cōquerentis, murmurantis, obloquentis, nullum vllibi eſt reſiſtētis veſtigium. Diſce tolerantiam.

Solitudinis index Roſa. SOLITVDINEM amas? ſis *Roſa* qualis fuit *Myſtica.* Hortū concluſum amat *Roſa*, & areolam obſeptam: non locum, quem cuiusuis pes calcet: Vbi inueniebatur MARIA? in cōclaui & templo: non vagabatur abſque neceſſitate per fora, vicos, theatra. Non eſt viſa, aut audita vnquam: ambulaſe per tabernas: volitare per plateas. Veſtigiis patronæ inſiſte.

Verecun- Verecūdia tibi neceſſaria eſt.

Roſam

Roſam offero, cuius colore virtutum, ſi non genas, ſed mentem imbueris, quamuis antea tibi frons fuerit meretricis, diſces erubeſcere. Quietẽ capere non potes, ita inſomniis infeſtaris noctu, Cogitationũ diuerſiſſimarũ ſeſe mutuò incurſantium, & protrudentium tanquã atomorum per inane cerebri volitantium, tumultu in omnes partes rotaris, nullibi firmus. Quid remedii? ROSA. Legi aliquando, Imperatorem Ælium verum, ad ſuauiſſimam capiendam quietem, Lectum roſis inſterni iuſſiſſe. Et nonne ſponſa in cãticis gloriatur lectulum ſuum eſſe floridum? Vis tibi conciliare ſomnum amœnum, ſuauem? antequam indormiſcas,

dia ſymbolum Roſa.

Quietis ſymbolũ Roſa.

ſcas, *Roſam Myſticam* inuoca. *Mariam, Mariam, Mariam* ingemina: tuncque in pace in id ipſum dormias, & requieſcas. Hoc tibi non erit difficile, ſi quemadmodum apiculæ dulciſſima mella é purpura ac niue roſarum delibant, ita tu, non araneus, ſed apis argumentoſa, è *Roſa Myſtica* exemplorum mella colligas, quibus interne ſuauiſſimè ſagineris.

Apiculæ ex roſis mella legunt.

TANDEM, cubare mollius velles in fatali lecto, longum illum, ac ferreum decretorium ante Æternitatis aurorã, capturus ſomnum. Clarius: quietem oſſibus tuis optares in ſepulcro. In mentem veniat mos vetuſtus, qui ex lapidibus ſepulcralibus eruitur. Quibus animus erat, oſſibus ſuis poſt mor-

Sepulchris inſperſa roſa.

mortem, tranquillitatem vouendi, teſtamento cauebant, vt quotannis tumulus roſis inſpergeretur. Putabant enim, ſi coronato roſis lapide tegerentur, fore, vt melius haberent. O inſaniam! Quam in ſapientiam vertes, ſi ad ſepulcralem ornatum, *Roſam* deſtines: ſed *Myſticam*. *Roſa* eſt huiuſmodi tam ſponſus, quam ſpõſa, IESVS & MARIA. Non decedas hinc, niſi prius ſuauiter, poſt ſerium de peccatis conceptum dolorem, inuocato nomine, IESVS, ac MARIA, quæ ſepulcro tecum inferas: & mollius cubabis, quam ſi tumulum ornarent

Quomodo roſis tumulus coronandus.

croceo violæ de flore corollæ,
Sertaq; purpurea lutea mixta Roſa.

Hoc omnibus precor, vt obtineamus,

ROSA MYSTICA ORA PRO NOBIS.

NOTÆ.

PETRVS *Berchorius Reductorij Moralis Lib. XII. cap. 133.* BEATA VIRGO *per omnia purus eſt* Flos & ROSA. *Illa enim licet de ſpina: id eſt de duro populo Iudæorum fuerit nata, ipſorum tamen naturam nequaquam fuit ſequuta. Quia vero non fuit ſpinoſa per crudelitatem: Sed lenis per benignitatem: alba per caſtitatem: rubea per caritatem: odoroſa per famoſitatem: decora per conuerſationis honeſtatem: ideo ſpinam ſuam totam nempe Iudæorum progeniem, imo totum genus humanum nobilitauit: ſemen in ſe aureum,* IESVM *Dei filium continuit, genuit, portauit. Quaſi* Roſa *plantata ſuper riuos aquarum Eccleſ.* XXXIX.

DE ROSA *Conſule Hiſtoriam plantariam ſeu ſtirpium Matthiæ de Lobel Inſulani*

ſulani: illique adnexum Aduerſariorum Volumen.

Item Delacampium Lib. XVIII. hiſtor: plantarum. cap. 36. Eleganter quidam ROSA inter flores eſt pyropus: hortorum purpura: odorum Saphyrus: Aprilis oculus: Veris phænix: naturæ pompa.

Tractant hoc argumentum, qui de Roſario Mariano Scripſerunt, aut dixerunt. Præter quos, Delrius oratione IV. in feſto Annunciationis. Fuſe Ioan. de Carthagena Tomo III. de Arcanis B. Virg. Lib. XVI. Homilia 2:

§ Roſæ Iericuntinæ deſcriptio.]

De Roſa *Ierichuntina variè diſſeritur. Lobelius in Plantarum hiſtoria. Roſa Hiericontea habet folia parua oleæ, aut monſtrelliacæ phyteumatis, & floſculos albos cauliculo palmari inhærentes bamiæ ritu, quatuor foliolis conflatos, eryſimo pares in alabaſtriculis oblongis habet.*

Apud eundem inuenies deſcriptiones & imagines Roſarum, prouincialium, ſylueſtrium, Caninarum Anglicanarum, Numidicarum, ac ſimilium.

§ PVRIFICATIO ſummæ humilitatis myſterium] *Legendus Quirinus Salazarius Prouerbiorum VIII. Verſu XIII. à Num. 56. Vbi egregie hoc deducit.*

§ ROSA index ſilentii] *Notat Matthaus Raderus in Martialem Lib. I. Epig. XXV. Apud Romanos littera S. Silentii nota tricliniјs & diatarum foribus ſuperponi ſolebat.*

§ ROSA pentaphyllis] *An ſemper hæc nobiliſſima? Certe refert Ioannes Andreas in ſua claue prædicandi: lib. I. In Iericho creſcere* Roſas *centum quinquaginta folia habentes: quales ſummus Pontifex, vt auctor eſt Cornelius ſermone XIX. de Roſario omni anno Dominica Lætare ſolitus eſt benedicere in Eccleſia B. Virginis Maioris.*

§ ROSA ſine ſpinis] *Quæſtio trita apud Interpretes SS. S. Ambroſius, Baſilius, ac Procopius putant in prima creatione* Roſas *ſine ſpinis natas.*

Alii probabilius iudicant ſpinas ex ipſa natura plantarum potius, quam ex pœna homini dicta ſtirpibus adnaſci: adeoque

etiam

etiam in paradiſo futuras, non tamen vbi homo nollet, aut vbi hominem læderent, ſicut nunc fit. Ab hac ſententia non videtur alienus S. Auguſtinus Lib. III. de Geneſ. ad Litt. Cap. 18. Vbi ſic ſcribit.

Non facilè dicendum eſt, *tunc, nempe, poſt peccatum*, cæpiſſe iſta oriri ex terra. Fortaſſis enim quoniam in ipſis quoq; generib. ſeminum multæ reperiuntur vtilitates poterant habere locum ſuum ſine vlla pœna hominis. Sed vt in agris, in quibus iam pænaliter laboratur, etiam iſta naſcerentur, hoc ad cumulum pœnæ valere credi poteſt, cum poſſent alibi naſci, vel ad auium pecorumq; paſtus, vel ipſorum hominum aliquos vſus.

Quamquam & ille ſenſus non abhorret ab his verbis, quo ita intelligitur dictum : Spinas, & tribulos pariet tibi *: Vt hæc etiam antea terra pariens, non tamen homini pareret ad laborem, ſed cuiuſ-*

que modi animalibus conuenientem cibum. Sunt enim quæ his generibus, & mollioribus, & aridioribus commode, ſuauiterque veſcantur. Tunc autem cæperunt iſta homini parere ad ærumnoſum negocium cum poſt peccatum cæpit in terra laborare. Non, quod aliis locis hæc antea naſcerentur & poſt in agris, quos homo ad capiendas fruges coleret, ſed vt prius, & poſtea in eisdem locis: prius tamen non homini, poſt autem homini: vt hoc ſignificetur, quod additum eſt, tibi: *quia non eſt dictum* : ſpinas & tribulos pariet; *ſed*, pariet tibi: *id eſt: vt* tibi *iam iſta naſci incipiant ad laborem, quæ ad paſtum tantummodo aliis animalibus naſcebantur.*

Idem ſentit S. Thomas. P.P.Q. LXIX. Art. II. ad 2. Bannez. Valentia, Molina,

Pererius

Pererius, Delrius, Cornelius, Salianus: Albertus M. I. P. Summ. De quattuor coæuis Quæſt. XII. Art. 13. D. Bonauentura, ac Beda.

§ Roſa Symbolum principatus]

Si floribus vellet
Iupiter regnum imponere — *Anacre.*
Excellit Roſa *flori*
Eſt veri Roſa *curæ*
Et gratæ ſuperis Roſæ.

§ Fructus conſiderationis ex Roſa] *Bene Euſebius Lib. VIII. De præpar. Euang. Cap. vlt. monet* Roſam *non voluptatis tantum, ſed vtilitatis cauſa præcipue à Deo creatam.*

De virtute medica ROSÆ Plinius lib. XXI. Cap. 24. Roſa *per ſe medicas artes præbet, emplaſtris, atque collyriis inſeritur mordaci ſubtilitate ſuſurrium ad aures, oris vlcera, tonſillas capitis, dolores febres, & alia ingentia mala pellit, quibus corpus humanum ſolet ab interno calore conflictari.*

Dioſcorides Cap. LXXI. Roſa *reſoluit & purgat improbos humores, cordis tremo-*

rem ſedat, oculorum & aurium dolorem, vel expellit, vel mitigat.

Galenus Lib. III. De qualit. ſimplicium medicamentor. Cap. 8. aſſerit Roſam *habere miram vim ad purificandum ſanguinem.*

Matthiolus Lib. I. refert Roſam *quamuis ſilueſtrem melle conditam ſingulari virtute ad veneficos canum morſus medendos præditam eſſe.*

HYMNVS

AD MARIAM, ROSAM MYSTICAM.

Innocentii III. P. M.

AVE *mundi Spes Maria,*
Aue mitis, aue pia,
Aue charitate plena,
Virgo dulcis & ſerena,
Sancta parens IESV CHRISTI:
Electa ſola tu fuiſti,
Eſſe mater ſine viro,
Et lactare more miro.

Ange-

Angelorum Imperatrix,
Peccatorum conſolatrix,
Conſolare me lugentem,
In peccatis me fœtentem.
Me defende peccatorem:
Et ne tuum des honorem
Alieno, aut crudeli,
Precor te Regina cæli.
Me habeto excuſatum
Apud Chriſtum tuum natum.
Cuius iram expaueſco,
Et furorem pertimeſco,
Nam peccaui illi ſoli,
O Maria Virgo noli
ſſe mihi aliena,
Gratia cæleſti plena.
ſto Cuſtos cordis mei
Signa me timore Dei.
n ſer vitæ ſanitatem,
Et da morum honeſtatem.
t peccata me vitare,
Et quod iuſtum eſt amare.
ulcedo Virginalis,
Nunquam fuit, nec eſt talis,

Inter

Inter natas mulierum,
Omnium Creator rerum,
Te elegit Genetricem:
Qui Mariam peccatricem
Emundauit à reatu,
Ipſe me tuo precatu
A peccatis cunctis tergat,
Ne infernus me demergat.
Eia ROSA ſine ſpina,
Peccatorum medicina,
Pro me natum interpella,
Vt me ſoluet à procella.
Huius mundi tam immundi,
Cuius fructus furibundi,
Omni parte in me impingunt
Et peccati Zona ſtringunt

EX HORTVLO DEVOTIONIS

Hugonis Carthuſiani.

ROSA *rubens, quæ ſemper redoles.*
Semper gaudes, & ſemper condoles.
Te precamur iugiter, vt ſoles
Pias preces pro nobis immoles.

EX

EX HYMNO S. CASIMIRI Regis Poloniæ filij.

Generoſa & formoſa
Dauid Regis filia.
Gemma decens, ROSA recens.
Caſtitatis lilium,
Caſtum chorum, ad polorum
Quæ perducis gaudium.
Semper munda, & fœcunda
Virgo tu puerpera
Mater alma, velut palma
Florens, & fructifera:
Cuius FLORE & ODORE
Recreari cupimus.
Cuius fructu nos à luctu
Liberari credimus.
Pulcra tota, ſine nota
Cuiuſcumque macula
Fac nos mundos & iucundos
Te laudare ſedulò.

RHY-

RHYTMVS
Ex Hortulo deuotionis Hugonis Carthuſiani

AVE virgo gratioſa,
Stella ſole pulchrior.
Mater Dei glorioſa,
Fauo mellis dulcior.
Tu es illa ſpecioſa
Quia nulla eſt pulchrior.
RVBICVNDA plus quam ROSA
Lilio candidior.
Martyr ex compaßione
ROSA rubicundior.
Plena miſeratione,
Nectare ſuauior.
Cunctis gratijs ornata.
Vniuerſis ſanctior:
Terræ, Cœloque prælata,
Creaturis altior.
Omnis virtus te decorat:
Angelis es purior.
Omnis ſanctus te honorat:
Beatis felicior.

Mille

Mille fulges nunc coronis
Chriſto tu vicinior.
Eius adornata donis
Omnium clementior.
Præſta miſellis iuuamen,
Regina clementia.
Fer mærentibus ſolamen,
Aurora Lætitia.
Fons prædulcis pietatis
Poſce nobis veniam:
Et purgatos à peccatis
Duc ad cæli gloriam.

Ex hoc virginis titulo ortũ eſt nomen Rosarii, aut coronæ Virginis roſaceæ, de qua Auctores varii, præſertim ordinis prædicatorum; in quorum Diurnali Pariſienſi, Anni 1595. inter cetera, eſt hymnus.

Iubilemus exultantes
Virginis encomiis.

Laudem laudi cumulantes,
Precibus roſariis.
De Dracone triumphantes
Eius patrociniis.
ROSA rubo deſloratur
Antiquæ propaginis.
Flos de ROSA propagatur
Radix nouæ originis.
Cuius ſpina vulneratur
Vulnerator germinis.
Laus tibi Regina, quæ pios coronas
Triumphalis horti liliis, & Roſis.

Sunt amœnę aliquot de hoc lemmate Muſicorum cantiones in Promptuario muſico.

Caſparis Vincentij.

Gaude Virgo glorioſa,
Mater Dei precioſa,
Tota plena gratia.
Tu es illa dulcis ROSA.
Pulchra nimis, & formoſa,
Paradiſi gloria.

Finetti.

Salue radix ſancta,

Salue

Salue mundi gloria.
O Maria Flos *virginum:*
Velut Roſa,*vel Lilium;*
Funde preces ad Filium
Pro ſalute Fidelium.

Nicolai Parmæ.

Aue Virgo glorioſa
Stella ſole clarior
Mater Dei glorioſa,
Fauo mellis dulcior.
Rubicunda plus quam Roſa,
Lilio candidior.

Iucundum lectu eſt carmen Hermanni Hugonis, Lib.III. Deſiderior. piorum, dum ludit in illud Canticor. II. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.*

rte Roſas, *date mala: & odoras chloridos herbas,*
Quicquid & Alcinous Floraque quicquid habet.
rte Roſas, *date mala ardentibus obuia flammis,* Mitior

Mitior in malis eſt amor, inque Roſis
Ferte Roſas *manibus, calathis effundit*
mala:
Fors erit hinc noſtris certa medela malis
Sed quid ego? quid poſco Roſas? *quid po-*
ſtulo mala?
Eſt dolus in malis: eſt dolus inque Roſis.
Forſan Amor falſi tegitur velamine mali,
Aut ſua ſpiniferis occulat arma Roſis,
Periuro ſimplex malo deluſa Cydippe *eſt.*
Et Venus armata cuſpide læſa Roſæ.
Nolo tuas Cytharea Roſas, *tua mala Cy-*
dippe:
Neſcia perfidiæ mala Roſasque *volo.*
Quales Dorotheæ ſuperis tulit ales ab hortis:
Quasque ſuas ſtupuit viuere bruma
Roſas.
Aut qualem Elyſii ramum Luduina roſeti
Penna tibi volucris vexit amata Ducis.
Has mihi poſco Roſas, *hæc mala, hæc lilia*
poſco,
Neſcia perfidiæ lilia, mala, Roſas.
His mihi vernantem viridi ſuper aggere
lectum,
Pictaque puniceis ſternite fulcra crocis.

SVNT

SVNT Symbola multa è *Roſa*, quæ huc transferri poſſent. Vide Camerarium in centuria ſymbolorum ex re herbabaria.

B. Virgo apparuit S. Gertrudi inſtar candidiſſimi & rutilantis Lilii coram ſanctiſſima, & indiuidua Trinitate ſe expandentis. Quo etiam tempore edocuit eam Deipara ſequentẽ ſalutationem, ſibi longe acceptiſſimam: AVE candidum Lilium fulgidæ ſemperque tranquillæ Trinitatis, Roſaq; præfulgida cęlicę amęnitatis, de qua naſci, & de cuius lacte paſci Rex cælorũ voluit, diuinis influxionibus animas noſtras paſce. S. Gertrudis lib. III. Inſinuat. diuinar. c. 19.

ORA-



Ex EVA fit AVE, plane eſt converſio ſimplex:
Quos EVA occidit, vivere fecit AVE.

ORATIO
SECVNDA
MARIA
In Annunciatione
LILIVM

Sicut Lilium inter ſpinas, ſic Amica mea inter filias Cant.II.II.

VIDI ego picturas multas nobiles, tam ſacras, quàm profanas: ſed vna me oblectauit frequẽter, præ quâ mihi ſordẽt tabulæ omnes, quas à penicillo celebratiſſimi olim artifices, Apollodorus, Parrhaſius, Xeuxis, Apelles aut Timantes, aliique eius trib. magiſtri mundo *Picturæ nobiles.* *Pictores antiqui.*

E ſpe-

ſpectandas exhibuerũt. In eâ, qua capiebar, tabulâ, viſebatur venuſtiſſima virginum MARIA, poſitis ad oratoriolum ſuum poplitibus, pectinatim, complicatis manibus: in cælũ ad ſidera coniectis oculis, atin lacrymularum margaritis natantibus, anhelo pectore, ore hiante, micante corde, arteriis omnibus, ſed vitali maxime, præ deſiderii vehementiâ, ſubſilientibus, diuini ſpiritus adflatum expectans. Atque hic ſpirare videbantur omnia.

Tabula Annunciationem continens.

Ipſam illam ſecuram animi lætamque videres
Auctorem ſperare ſuum: namque adfore tempus
Quo ſacer ætheris delapſus ſpiritus aſtris
Incorrupta piæ compleret viſcera matris
Audierat. Proh quanta alti reuerentia cæli

Vir-

Virgineo in vultu eſt! oculos deiecta modeſtos
Suſpirat, Matremque Dei venientis adorat:
Felicemque illam, humana nec lege creatam
Sæpe vocat: nec dum ipſa ſuos iam ſentit honores.

Ab alterâ parte, celerem
Stellata in veſte miniſtrum
Qui caſtæ diuina ferat mandata puellæ,
videre te dixiſſes, facie inſignem, & fulgentibus alis. Sed tam artificioſe exhibebatur, vt in ipſa tabula quaſi
Zephyris per inane vocatis
carpere iter, ſcindere nebulas, atque aëra tranare, ima tandem petere, pronumque leues vix commouere alas, & ſic ſe in virginis conclaue immittere, illique ſe ſiſtere videretur.

aduolanti ad MARIAM Gabrieli, caducei loco, cum quo Cæleſtes nuncij ſolent pingi, liliatum ſceptrum in manu collocarit. Quo ego arcana omnia myſterij ANNVNCIATIONIS contineri exiſtimo. Inter omnes enim frutices HORTI MARIANI nullum reperio magis elegans, & proprium MARIÆ ANNVNCIATÆ Symbolum, quam LILIVM. Quo circa, cum inde Maior hęc Illuſtriſſimorum Principũ, Reuerendiſſimorũ Præſulum, nobiliſſimorum, clariſſimorum, doctiſſimorumque virorum congregatio, titulum ſumpſerit, non minus bene illam, quam Regnũ Gallicanum SODALITATEM LILIATAM indigitare poſſis. Id,

Gabrielis ſceptrum

Lilium.

Symbolum Annunciata.

Sodalitas Liliata.

vt omnibus perſuadeatur, ad Areolam Liliorum in Horto Mariano nos recipiemus hodie. Quod fiet perquam commode, cum proxima ſit areolæ Roſarum, in qua nuperrime cum honeſtiſſimæ guſtu voluptatis morabamur. Itaque, Hera fauente, pedem inferamus.

SICVT LILIVM INTER SPINAS, SIC AMICA MEA INTER FILIAS.

Canticor. II. VERBA ſunt ſponſi Chriſti ad ſponſam Mariam Canticorum ſecundo: vbi cum paſtoritia comparatione ſponſus ſe contuliſſet cum Roſis purpuræ nigricantis, & cum Liliis candicantibus; ſponſam in hoc genere ſibi perquam ſimilem eſſe inſinuat, ac concolorem: & vtrumque Lilio

Sponſus Lilium.

Lilio potiſſimum belle exprimi.

Ego, inquit, *Flos campi:* nempe fertiliſſimæ planiciei: Flos bene altus, plane ſatur, largo humore potus. Flos ſaturitatis, ac vbertatis cæleſtis; *Flos Saron:* id eſt, pulcher, decorus, ſuauis, vt *Roſa* Saronica. *Flos Campi:* non agelli tantum Iudaici, ſed vniuerſi orbis, vt notant Origenes, Ambroſius, Beda, qui campus eſt diſcurrentis Prouidentiæ. *Flos campi:* nõ concluſus, ſed loco patentiſſimo omnib. ad fruitionem expoſitus. *Flos campi.*

Et Lilivm *conuallium.* Quo ſignificari volunt aliqui elegantiſſimũ floſculũ, quod vulgo nunc Lilivm *conuallium* appellatur; plerique *Lilium* *Lilium conuallium.*

nigrum, ſeu purpureum, quod vberius in conuallibus prouenit: multo plures, *Lilium album*. Quæ omnia ſponſum exprimunt: nigrum, ſed formoſum in Incarnationis exinanitione: candidum innocentiâ: rubicundum iuſtitiâ.

In Lilio quinque. IN LILIO quinque conſiderantur, inquit Honorius Canticorum interpres. Eſt Candidum: habet colorem aureum prominentem: eſt odoriferum: eſt pandulum: eſt ſemper incuruum. Sic Chriſtus candidus eſt in humanitate, aureus in Deitate, odoriferus in prædicatione, pandulus in ſuſcipiendo pænitentes; incuruus in cōdeſcendēdo peccatoribus & eos ſubleuando. Vere *Lilium conuallium*: id eſt, fide-

idelium: Vt enim conualles
ſunt inter duos mõtes: ita fide-
es ſunt inter duas Leges, aut
nter duos populos, Iudæos, &
Gentiles. *Lilium Conuallium*, id
eſt, humiliũ, inter ſuperbiæ, &
opulentię montes depreſſorũ.

SED, an ſolius hoc ſponſi
encomium? Negat ipſe, ac cõ-
mune vult eſſe cum ſponſa, de
quâ ait: *ſicut* Lilium *inter ſpinas:*
ſic Amica mea inter Filias. Non
ego ſolus Lilium, inquit Chri-
ſtus: eſt & Mater mea. *Sponſæ elogium.*

AT quid hoc potius ſpectat
ad myſterium Annunciatio-
nis, dicet quiſpiam, quam ad
quodlibet aliud? MARIAM eſ-
ſe *Lilium* aſſerunt omnes: igno-
rat nemo: ſiue colorẽ ſpectes,
candidiſſimã caſtitate: ſiue o-
dorẽ, fragrãtiſſimã innocẽtiâ: *Maria Lilium.*

ſiuė vim medicinalem: ęgritudinum variarum præſentaneum remedium. Sed quid peculiare habet virgo in Annunciatione, vt illi tunc potiſſimũ Lilii dotes adſcribantur. Contrarium enim ex eadem illa tabulâ, quam laudabas initio, ingenioſius collegiſſes. Curita? ſiquidem genio indulgens ſuo pictor, ad latus Virginis cõtemplantis, effinxit inſtrumenta netricis, colum, penſa, fuſum, & fili glomum. Ac veriſimile admodum eſt Deiparam in Solitudine ſua, nunc orando, nunc nendo, ac filando, tempus tranſegiſſe. Cui facile aſſentietur, qui meminerit, Pulcheriam Imperatricem, præter alia pietatis monumenta, MARIÆ DEDVCTRICI

Inſtrumentum Netricis.

Colus. Penſa. Fuſus. Glomus.

Pulcheria.

TRICI inclytum templum à
undamentis eduxiſſe, in quo
VSVM Deiparæ ſupplex re- *Niceph. Lib. XV. 14.*
oſuit: Vt narrat Nicephorus
Callixtus.

QVID, quod apud nos in *Glomus à B. V. elaboratus.*
Franconia, magno honore ab
liquot iam ſeculis aſſeruetur
GLOMVS à netrice Deipara e-
aboratus? qui etiamnum viſi-
ur in illuſtri cænobio, ad D.
Stephani: Vt habet catalogus
eliquiarum Herbipolenſium: *Num. XXIV.*
Sed & Belgarum Catholico-
um non vana traditio habet,
n oppido Huenſi in Aduati-
is aſſeruari GLOBVM fili, quē
Regia Virgo MARIA inter a-
ios ſanctarum manuum labo-
es, in Nazarethico, vt opina-
i licet, conclaui, in quo An-
nunciatio facta, deduxerit.

Adfuiſſet aliquis è nobis vtinam, quando domuncula Dominæ N. ex Galilæâ diuinitus aſportata fuit in Dalmatiam, vel quando hinc in Picenum, fortaſſe vidiſſet Netricis diuinæ opus in armariolo illo, quod ad læuam etiamnum in domunculâ Lauretana patet ad huiuſmodi reponenda idoneum.

Vide Turſelin lib. I. cap 2.

Hiſt. Lauretana.

QVOMODO tu ergo ibi DEIPARAM, vt LILIVM contemplaris? Nunquam legiſti, quod eſt à Chriſto ipſo dictum, Matthæi VI. & Lucę XII. *Lilia non laborant, neque nent.* Qua ſententiola, tanquam validiſſimo argumento vſus Philippus Valeſius, cum ſummis partium ſtudiis agitaretur controuerſia in Galliæ Regno; Num fæminæ

Lilia non laborant.

Neque nent. Matth. VI. 28. Luc. XII. 27.

Appendix ad hiſtoriam Nagy.

Digitized by Google

minæ ſuccedere deberent; Liliatum regnum adeptus eſt: decretumq; contra Legis Salicæ oppugnatores: LILIA Francorum non deberi, niſi Nobilibus, qui non laborant: nec deberi fæminis, ſed tantum maſculis, qui non nent. Et nos, vt præclarum Patronæ, inter nentium inſtrumenta, dum ad illam Angelus adveniret, feſſitantis, Symbolum dicemus eſſe *Lilium* inter ſpinas.

Forſſantes de orig. Franc.

Azor Tom. II. mor. Lib. X. Cap. 2.

ACCEDIT, quod elogium ſponſæ, ex Canticis, principio productum, *Sicut Lilium inter ſpinas: Sic amica mea inter filias,* Auctores, quos legerim omnes, ad Virginem conceptã referant: nemo ad Annunciatam. Et ſane ad immunem à

Maria in Conceptione Lilium.

peccati punctura, vel foratu in conceptione optime accõmodatur. Siquidem, vt *Lilium* inter ſpinas oritur, ab iis tamẽ non pungitur: ita B. VIRGO, tametſi in conceptu à progenitoribus peccati ſpina confixis ortum habuerit, ipſa tamen peccati originalis aculeo haud confoſſa, aut minima etiam punctura lacerata prodiit. Hoc ſenſu Deiparam ſalutabat pius Poëta.

Adam de S. Victore.

Salue Chriſti Sacra Parens,
Flos de ſpina, ſpina carens,
Flos ſpineti, gloria
Nos ſpinetum: nos peccati
Spina ſumus cruentati,
Sed in ſpina neſcia.

Quo etiam ſpectaſſe viſus Sedulius, quamuis *Roſam* loco *Lilÿ* nominet:

Et

Digitized by Google

Et velut è ſpinis mollis Roſa ſurgit acutis: Lib. 1. Carm. Paſch.
Sic Eua de ſtirpe ſacra veniente Maria.
Nil eſt, quod laniet Matrem, hæres ſeruat honorem.

Similia paſsim in Conceptionis Marianæ ſolennitate Oratores, ac Poetæ concinunt. Sed me nunquam pænitebit, Imaginem *Lilÿ* inter *ſpinas*, retuliſſe ad Annũciatam, cuius cauſas celebritati hodiernæ proprias nunc enarrare aggredimur. Cantate ſirenes, *ſicut* lilium *inter ſpinas*, *ſic amica mea inter filias*. Mariana. NB.

FESTVM Annunciationis, & conceptionis Chriſti, vel incarnationis Filÿ Dei idem eſt. In Annunciatione ſiquidem Virgini accinitur. Annunciatio Virginis. Conceptio Dei Iean Danid in Pancarpio.

Virgo tuũ prona, quæ cõcipis aure parentẽ,
Impregnet nati, me, precor, aura tui.

Si

Si autem vnquam alias, certe tunc fuit *Lilium* inter ſpinas MARIA. Sequor minime cōtemnendum canticorum Interpretem Gulielmum. Qui ſuggerit, non dici, ſponſam Deiparam, *Lilium ſpinarum:* ſed *Lilium inter ſpinas*: quoniam ex eo ſpinæ non molleſcunt, nec candeſcunt; ſed magis horreſcunt: & tamen ſimul exortæ
Filiæ quæ non ſuffocant *Lilium*. Deinde exiſtimat, Filias vocari omnes alias ex Eua genitas, quę ſpinæ ſunt, quia concipiunt in libidine, & pariunt in dolore. Quod enim eſt dictum Euæ
Gen. III. 16. matri: *In dolore paries*, dictum &
Io. XVI. 23. filiab. Vnde vniuerſim Chriſtus: *Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius.* Sed virgo MARIA Lilium, quia nihil

ihil in eam de maledictione
uæ tranſiuerat. Quare ſalu-
atur ab Angelo mutatis vo-
abuli Euæ elementis, AVE,
non EVA: peperit Filium, non
n dolore, vt ceteræ: quia non
n libidine concepit hodie, vt
ceteræ.

Aliæ omnes, quia ſpinæ, *Spinæ à Spinis.*
pinas concipiebant, & conci-
piunt. Quid enim concipiant
pinæ, niſi ſpinas? Corruptæ
matres, niſi puros homines, ac
peccatores? At virgo Mater
concepit hodie ſanctum-ſan-
ctorum, ſaluatorem omnium.
Lilium concepit nunc, poſtea
paritura *Lilium* conuallium.
Lilium virginitatis. Liliū Ma-
ieſtatis. Cuius candore tene-
bræ fugantur: Cuius odore
mortui ſuſcitantur: Cuius at-
tactu

tactu leproſi mundantur, & omnes infirmi curantur. Belle igitur in Annunciatione, Virgo Mater, vt *Lilium*, concipitur: apte illi acclamatur: *Sicut* Lilium *inter ſpinas: ſic Amica mea inter filias.*

Locus conceptionis.

Vterus Mariæ.

AT quis conceptus diuini fuit locus? deſignat illum annuncians Angelus: *Ecce concipies in vtero.* Dum vterum MARIÆ audio, à liliis diuellere cogitationem non poſſum. Illius eſt enim à ſponſo concinnatum encomium: *Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus Liliis.*

Canticor. VII. 2.
a Vas inſtar dolij vel ſeria.
b Cumulus σωρός.
c Munitus.

Vterus, Crater.

VERE, inquit virginum inſtitutor Ambroſius, *aluus Mariæ crater tornatilis, in qua erat ſapientia, quæ miſcuit in cra-*

tere

ere vinum ſuum indeficientem co-gnitionis ſuæ gratiam, diuinitatis ſuæ plenitudine ſubminiſtrans. In quo Virginis vtero, ſimul aceruus tritici, & Lilii *floris gratia germinabat: quoniam, & granum tritici generabat &* Lilium. *Granum tritici ſecundum quod ſcriptum eſt:* Amen amen dico vobis, niſi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. *Sed quia de vno grano tritici aceruus eſt factus, cõpletum eſt illud propheticum:* Et conualles abundabũt frumẽto. *Quia granum illud mortuum, plurimum fructum attulit. Hoc itaque granum omnes homines perpetua cæleſtium munerum eſca ſaturauit. Conſummatum eſt illud prophetici oris eloquium, dicente eodem Dauid:* Cibauit eos ex adipe

Amb. De inſtit. Virg. Cap. 14.

Ioa. XII. 24.

Pſalm. LXIV. 14.

Pſalm.

LXXX. 17. dipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. In *hoc grano eſſe etiam* Lilium *diuina teſtantur oracula; quia ſcriptum eſt.* Ego ſum Flos campi, & Lilium conuallium. *Sicut* Lilium *in medio ſpinarum.* CHRISTVS *erat* Lilium *in medio ſpinarum, quando erat in medio Iudæorum.*

In vmbilico pendet proles. Honorius. ¶ Breuius Canticorũ explanator Honorius, in ſigillo Mariæ. *Beatus vmbilicus Virginis, in quo pependit* DEI *Filius (Vt enim in clauo, clypeus, ſic pendet in vmbilico infantulus) qui filius eſt crater tornatilis nunquam indigens poculis: id eſt, omnibus ſe ſitientibus præbet largiter. Venter quoq; tuus beatus, in quo iacuit vnigenitus Dei incarnatus. Qui fuit Triticum, de quo conficitur panis fidelium. Ipſe eſt Aceruus: quia in eo cumula-*

mulatur fidelium populus. Vallatus liliis: id eſt, ſtipatus Virginum choris:

Placet fortaſſe magis, quod habet Alanus? Cum vmbilicus ſit in medio ventris, per vmbilicum virginis Mariæ deſignari vim internam, quâ Deũ dilexit, nempe caritatem. Hæc in Virgine fuit quaſi crater: quia ea mediante, Virgo mundo lætitiæ vinum propinauit. De qua in Pſalmis: *Calix meus inebrians, quam præclarus eſt.* Et, *vinum lætificat cor hominis.* Eſt *tornatilis*, quia torno facilius operamur. Et ipſa virgo ſine omni difficultate, ſine omni illecebra, ſine omni carnis anguſtiâ concepit, & peperit. *Nunquam indigens poculis.* Minus dicit, & plus ſignificat: id eſt, plenus pocu-

Vmbilicus ſymbolice Alanus in Canti.

poculis: nempe mundo propinans vinum dilectionis, vinum ſalutis, vinum lætitiæ, poculum vitæ.

In vmbilico Chriſtus. Propius ad Annuntiationis arcanum in ſua interpretatione accedit Gulielmus: qui, *In vmbilico*, inquit, *Virginis, ſal' hominum fuit, eo ipſo, quo ibi reconciliationis hoſtia fuit: atque inde nobis ſalus manauit, quādo* verbum caro factum eſt: nimirum hoc ipſo die. Quo etiam vmbilicus ipſe virgineus, quia Dei filio carnis ſubſtantiam, in qua pro hominibus moreretur, per calorem Spiritus-Sancti miniſtrauit, eo ipſo, tanquam crater tornatilis vitam mundo propinauit. *Nunquam indigens poculis.* Quia, quod inde per plenitudinem cauſæ

ma-

manauit, cum verbum caro factum eſt, per effectum nobis cotidie explicatur: & non aliunde, quam de vmbilico Virgineo propinatur ſalus, quia non niſi in filio Virginis ſalus.

Venter tuus, ait, idem ſponſus, *de quo iam mihi mundus clamat*: Beatus venter, qui te portauit, ſicut aceruus, tritici, *quia prole diſtentus & tumidus*: *Sed tamen* vallatus liliis, *quia perpetuæ virginitatis inanitate, ſed & veritatis plenitudine tumidus. Aceruum iſtum tritici, Verbum caro factum vallauit liliis: id eſt, candore circumdedit perpetuæ virginitatis. Perpetua enim virginitate decorari illam oportuit, de qua panis ciuium, vt etiam peregrinos aleret, corporaliter naſci vo-* *Venter aceruus tritici.*

voluit. Itaque accommodate DEIPARAM hoc ipſo die panem Angelorum & hominum in vtero coaceruantem, Lilium appellamus, illique ſuauiter accinimus: *Venter tuus, ſicut aceruus tritici, vallatus liliis.*

Quid pellexit ad Virginem verbum. Virginitas. DISQVIRITVR autem ſolicite à myſteriorum diuinorum ſcrutatoribus, quidnam pellexerit DEI Filium ad ventrem virginis? Reſpondent multi, illicium fuiſſe virginitatem. Hic mihi iterum LILIA obuerſantur animo: idcirco enim lapſus eſt in vterum MARIÆ, quia paſci auebat inter *Lilia. Dilectus meus mihi*, inquit hodie ſponſa, *& ego illi, qui paſcitur inter Lilia.* *Cant. II*

Paſcitur in riguis vbi candent Lilia *campis;*

Et

Et ſua virgineos ducit in arua greges.
Scilicet æthereum decet hic flos purus Amorem:
Et bene tam caſtas paſcit hic hortus oues.

Vbi *Lilia* ſunt, eo ſe demittit DEI Filius. In mentem vobis veniat Sidrach, Miſach, & Abdenago, Babyloniorum iuuenum, quos in fornacem ardentem miſſos; & ſocio incognito auctos, dum ſtupet tyrannus, inquit, ſpeciem quarti eſſe ſimilem Filio DEI. Ergon' deſcenderat ad illos Filius Dei? Quibus blandimentis ad ſe allexerant adoleſcentuli ſimilẽ filio DEI? Audi Apponium, illuſtrem canticorum Interpretem: *Daniel. III.*

Tres pueri Hebræi caſtitatis dilectione nobiles miſſi ſunt in flam- *Inter pueros Babilonicos DEVS.*

 mas

mas Babylonicas. Inter eos autem medius ardente fornace, quaſi inter Lilia *Dominus paſcitur*, *eo quod ſemper requieſcat in cordibus diligentibus caſtitatem:* Quiſquis ille fuit, vel Deus, vel, certe os humeroſque Deo ſimilis, caſtitate puerorum delectatus, in fornace apparere voluit, vt hodie, virginitate illice in vtero virginis.

Humilitas Liliũ. At reſpondent alii Humilitate attractum diuinum verbum ad humillimæ thalamũ Adoleſcentulæ. An hoc fortaſſe indicabat ipſa, cum diceret: *Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ. Virginitate*, inquit Bernardus *placuit: ſed Humilitate concepit.* Hic mihi duo demonſtrãda eſſent : *vnum* Myſterium Annunciationis ſummæ hu-

mili-

iilitatis: *Alterum*, Humilita-
s non cuiuslibet, ſed, quæ in
nnunciatione eluxit hiero-
lyphicũ eſſe *Lilium*. Vtrum-
ue ſane eſt facilimum.

NON fuit vnquam magis honorata, & exaltata Maria, quàm in Annunciatione: tunc enim cōcipiendo Filium Dei, Matris Dei titulum accepit, quo maius excellentius-ve aliquid excogitari non poteſt. At eodem temporis punctulo, ipſa, memor moniti, quod habet Syracides: *Quanto maior es, humilia te in omnibus*; ad ancillæ nomen ſe, ac conditionem abiecit. Audit ab Angelo: *Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius*, IESVM. *Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur*. Perpende, vocari DEI

Matris Dei titulus ſummus.

Eccl. III. 20.

Magnus Dei filius.

Filium *Magnum*, & in altitudine patriſſare, cum concipitur in vtero virginis, quaſi ex eo tempore magnitudo, & altitudo illius innotuerit. Quo ipſo, Virgo Mater, creaturarum altiſſima pronunciatur, quæ *Magnum*, id eſt, Ter-maximũ, verè Triſmegiſtum filium cũ Altiſſimo communem habuerit. Quod cõſiderans D. Zeno ſermone III. de Natali Mariæ phraſi vtitur, quæ ſimpliciorum aures vulnerare poſſet: ſed eſt, ſi penetretur, myſterioſiſſima: *ſuperbus* inquit *emicat Mariæ venter verbo concepto*: Apage infame epithetum, diceret aliquis: quid tu ſuperbum ventrem vocas illius, in quâ nihil fuit, niſi humile: an in humilitate reſidere poteſt ſuper-

Mater altiſſima quia Altiſſimi.

Superbus venter Mariæ.

perbia? ſed inſolens altitudo, non niſi vocabuli illius inſolentia declarari potuit. Itaque ſignificat, à conceptu verbi, magnitudinem Matris nullũ habuiſſe terminum: neſciſſe modũ: melius, exceſſiſſe modum omnẽ, ac menſurã: quod propriũ eſt ſuperbi. Reſpiciebat fortaſſe eruditus præſul, cũ id diceret, ad Iſaię vaticinium Deiparæ merito aptandũ: *Ponam te in ſuperbiam ſeculorũ, gaudium in generatione & generationem.* Quomodo in ſuperbiam? nempè tam altum, & eminentem, vt omnem ſuperbiẽtium cogitationem ſuperet, & humanum genus, ob vnicam ſui corporis virginẽ ſuperbire faciat, O altitudo! *Iſa. LX.*

A qua, vide, vt ſe demittat, hu- *Summa humilitas*

in Annunciatione. humilitatis adfectu, dum reſpondet Angelo: *Ecce ancilla Domini fiet mihi ſecundum verbum tuum.* DOMINA MARIA quid magis pugnat cum dignitate materna, ad quam es elata, quam conditio ancillaris, ad quam te abiicis? certe, vt clariſſimi Iuſtitiæ Antiſtites docent, ſequuti Philoſophum *Ariſt. Ethic.* Stagiritam, pater & mater, etiam bello capti filiorum ſerui eſſe nequeunt: ea namque *Patria poteſtas.* vis eſt patriæ poteſtatis, vt omnem vndecumque profectã penitus impediat ſeruitutem. Imo quod mirere magis, Do*Dominiũ & ſeruitus.*minium cum ſeruitute, licet relatiuè ſint maxime oppoſita, non ita inter ſe pugnant, vt cum ſeruitute poteſtas patria. Euenire enim poteſt: ſed & accidiſſe

cidiſſe ſcimus , vt dominus, fortunæ ludibrio inuertentis omnia, ſerui ſui inceperit eſſe mãcipium : nunquam autem, vel pater vel mater filiorum ſint facti ſerui. An non igitur incredibilis tua fuit humilitas, quæ ad Matris dignitatem euecta, ad eam te ſortem, ſtatumq; præcipitas ſponte, quã cũ maternitatis culmine haud cõuenire minime ignorabas? *Ecce ancilla Domini.* Quãto maior, tanto humilior.

VTRVMQVE autẽ LILIVM perpulchre exprimit. Cerne mihi generoſiſſimum illũ florem è bulboſa radice, multis tunicis inuoluta per ſcapum, foliis hinc inde amæne dependentibus, ab imo ad ſummum adſurgere : ſed non citius ad *Lilium ſummæ exaltationis & humilitatis typus.*

culmen peruenire, quàm graues ipſa altitudine culmos inclinare & ſubmittere. Agnoſco MARIAM in ſymbolo. Quo magis illa cælo, Deoque appropinquabat, per fauoris diuini, in gratiæ ſcapo, eleuationem, ac virtutum celſitudinem, eo ſe inclinabat profundius per ſubmiſſionem: *Ecce ancilla Domini.*

Virginis pulchritudine illectus.

PORRO, eſt plurimorum ea opinio, Pulchritudine tenellæ virgunculæ delectatum DEI Filium, in eius ſe vterum per aurem inſinuaſſe: Pulchritudine, tum interna, tum externa, qua incredibiliter omnes eatenus à venuſtate commendatos excollebat. Si internam ſpectes, quæ in virtutibus conſiſtit, Patriarchas ſuperabat fide,

Pulchritudo duplex.

Interna.

de, Prophetas ſcientia, Apoſtolos zelo, Martyres patientia, Confeſſores humilitate, virgines innocentia, virtutum omnium ornata monilibus. Si externam cõſideres, ſiue, quæ ex admirabili decore corporis, ſiue, quæ ex fulgentiſſima ſpecie virtutum, modeſtiæ, verecundiæ, manſuetudinis, ac ſimilium conſurgebat, tanta erat, vt omnium ad ſe raperet oculos, animos etiam inescaret. *Externa.*

VTRIVSQVE ſignum eſt Lilium, ſiue formam, ſiue colores eius contemplere. Ob hãc cauſſam, Suſas, elegantiſſimam Perſarum vrbem, vbi Regum erant hyberna, quia mitiſſima Cæli plaga, & amænitatibus aliis abundabat cogno- *Lilium Pulchritudinis ſymbolũ. Pierius Lib. LV. Athenæ lib. XII. Euſtat. in Dionyſ. Etymologicum magnum.*

gnominatam tradunt. Siquidem Suſa, Perſarum lingua, Lilium ſignificat. Sic à Roſa Rhodum. Florentiam à flore nuncupatam, aſſerũt. Quamuis Stephanus à multitudine potius liliorum, quæ paſſim illic, & feraciſſime proueniunt, cognomen vrbi inditum ſcripſerit, nobis alterũ magis placet; vt idem ſit Suſa, quod totius Perſidis *Lilium*, ob ciuitatis pulchritudinem, cuius ſymbolum eſt *Lilium*.

Pulchritudo Mariæ caſtitatis ſtimulos addebat.

Sed habuit quidpiam peculiare pulchritudo DEIPARÆ, ob quod ſingulari quodam modo Lilio comparari debeat. Quod obſeruat Dionyſius Carthuſianus, qui dum explicat lemma Commentationis hodiernæ: *ſicut* Lilium *inter ſpinas*:

ſpinas: ſic Amica mea inter filias: comparationis argutiam in eo ponit, quod reliquæ virgines pulchritudine ſua, velut ſpinoſiſſimâ ſpinâ pungant intuentes: at Virgo Virginum, ſicut *Lilium*, vultus, ac totius corporis venuſtate, nullius animum, multo minus oculos læſerit: nulli fuerit offendiculo, omnibus eam ſpectantibus ad amorem caſtitatis incitamento.

Quamuis, inquit, *fuerint multæ Virgines ſanctæ, tamen reſpectu Virginis beatiſſimæ, quaſi ſpinæ videntur, in quantum aliquid culpæ habebant. Et quamuis in ſe fuerint mundæ: non tamen in eis fuit fomes plane extinctus. Fuerunt & aliis ſpinæ, qui ex illarum intuitu concupiſcentia pungebantur. Porro* Dionyſ. Carth. Cant. 2.

Deipara Virgo ab omni culpa fuit prorſus immunis: fuit fomes in ea plane extinctus: & tam intenſa caſtitate fuit expleta, quod intuentium corda ſic penetrauit ſua inæſtimabili caſtitate Virgineâ, quod à nullo potuit concupiſci: imo potius extinxit ad horam illorum libidinem. O optandam in fœmineo ſexu pulchritudinem, quâ inuitatus Dei filius, ſed & allectus virginitate & raptus humilitate, audit hodiè, à Matre & ſponſa: quod cantabitis ſuauius, quam ego poſſim dicere, ſonore Muſæ Franconicæ. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter Lilia*: id eſt, in Virginis Matris vtero liliato. An non magna eſt Mariæ Annunciatæ cum Liliis cognatio?

IAM percurre mecum ſacras

legationis Angelicæ ab *Virgo & Lilium ſynonyma.*
ıgeliſta relatas formulas,
tibi occurrent Lilia. *Miſ-*
Angelus Gabriel ad Virgi-
d eſt, vt ego interpretor,
lium: nec enim lac lacti,
n ouo, tam eſt geminum,
n Virgo & LILIVM. Id-
), Virginitatis flos ab Hie-
mo appellatur. Quare *Hieron. in Iouinia.*
ſum inter LILIA paſci
eſſe aliud adfirmat, quam
r candidiſſimos Virginum
ros agere.

EC id ignorarunt profani, *Lilium. Nymphis ſacrum.*
d quos, inter ritus rece-
inuenio, vt qui Nymphis
inibus ſacrificare deſti-
ent, *Lilia*, præſertim candi-
fferrent. Ita apud Proper-
ı Tarpeia,

*Sæpe tulit blandis argentea Lilia Nym-
phis.
Romula, ne faciem læderet haſta
Taci.*

Lilia inuiſa Veneri.

An hanc fortaſſe ob cauſam, fingebant, *Lilia*, quamuis pulchra, & delicata, eſſe inuiſa Veneri, laſciuiæ, & procacitatis Deæ, quod ſcribit Nicander in Alexipharmacis: licet alii minus idoneas eius rei cauſas, ridicule comminiſcantur. Nos hinc eliciamus, *Lilium* ac *Virginem* pene eſſe ſynonyma. Pergit ſacer ſcriptor. Ad *virginem deſponſatam*. Quomodo hic *Lilium* ingeres? fortaſſe immurmurat aliquis, cum deſponſatio candori obeſſe videatur. Sed ex ipſa deſponſatione, Mariam in Annunciatione *Liliũ* fuiſſe colligo. Nam

Liliũ flos Iunonius.

ſi ſi-

ſi fides arcanæ ſapientiæ Myſtis, Lilium flos eſt Iunonius; nempe deſponſationis; connubiorum Præſidi ſemper in delitiis, imo ex eius lacte progenitum. Reor ego, ſi lac Virgineum deſponſatæ DEIPARÆ, quod ſe hodieque aſſeruare gloriantur florentiſſimæ tres in Europâ prouinciæ, Italia Aſſiſij *a*; Hiſpania, *b* Toleti, & Oueti; Gallia *c* Pariſiis, in ſolum noſtrum caderet, ſemē eſſet, vna guttula, multo fæcundius, quam Iunonis, *Liliorum*. Pergo.

Per. lib. LV.

a *Tabula reliquiar. illius templi.*

b *Marinaus Siculus lib. V. Hiſpan.*

c *Petrus Bonfinius de faſtib. Pariſien. lib. 2.*

Quo fuit miſſus Angelus? *In ciuitatem Nazareth.* Hic *Lilia* odoratur ſagaciſſimus Bernardus. Quærit ille duo: Cur deſponſata fuerit Virgo? &, cur Chriſtus in Nazareth conce-

Ciuitas Nazareth.

ptus

ptus? Duplici quæſito, vno ſatisfacit reſponſo. Quia Chriſtus amat *Lilia*. At quid deſpõſationi cum *Liliis*? Duplex eſt dos Liliorum, candor, & odor. Matrem ſuam eſſe voluit, non ſolum candidam virginitate, ſed & odoratam bonæ famæ fragrãtia, id eſt, LILIVM: ideo deſponſari eam voluit. Admirandum Dei ſapientiſſimi conſilium. Maluit propriæ gloriæ potius aliquid apud homines derogari, dum putatur Ioſephi filius, quam vt Matris caſtitas male audiret. Siquidẽ ſuſpectus fuiſſet Virginis innuptæ graueſcens vterus. *Tolerabilius, atque honeſtius fuit, putari ad tempus, Chriſtum de coniugio natum, quam de fornicatione*, inquit mellifluus Bernardus.

Serm. II. de Annunciat.

ID-

IDCIRCO & *Nazareth* placuit, cuius notio *Florem* ſignificat, quaſi ſordeat locus omnis, qui bonæ famæ odore non fragret. *Amat florigeram patriam flos de radice Ieſſe: & libenter inter* Lilia *paſcitur flos cāpi, &* Lilium conuallium, ait idem ſuauiſſimus Pater. *Teque florem reputat* DEVS, *& benè ei complacet in te, ſi tibi nec honeſtæ conuerſationis decor, nec bonæ opinionis fragrantia deſit:* ſicut non defuit *Lilio*: de quo rectè accipias illud Eſdræ: *Omnipotens ex omnibus floribus Orbis, vnum ſibi* LILIVM *delegit.*

Flos Nazareth.

Lib. IV. Eſdr. V. 24.

SVBDIT Euangeliſta: *Nomen virginis* MARIA. Quid hoc aliud, quam *Lilium*. MARIA *ſonat* Dominam, Hieronymo, Damaſceno, aliis: id eſt,

MARIA LILIVM

AU-

Auguſtam, Imperatricem, Reginam. Cur puellæ regiæ regium nomen ſit inditum, putidum eſt operoſius inueſtigare: Debebatur Virgini hoc nomen, tum ob alia, tum quia in conceptu hodierno Virgo.

Corona debita caſtitati. Nam regium diadema, ſplendor regius, regia dignitas intemeratæ virginitatis proprius eſt fructus, ſi credimus doctiſſimo Antiſtiti Cypriano: *Cyprian.* qui de Ioſepho adoleſcente caſtiſſimo differens, pulcherrime ſcribit, eum, qui in domo minor cum periculo fuerat, regiæ domus, ſine periculo, Dominum eſſe effectum: ſicque generoſitati ſuæ redditũ fructum pudicitiæ à Deo iudice accepiſſe. Eodem ſenſu Iſidorus Peluſiota coronam caſti- *Lib. IV. Epiſt. LXXIX.*

tati

tati debitam aſſerit. Hic prodeat iterum *Lilium*, flos regius, non à Iunone regina tantum denominatione ſumpta, vt fabulantur prophani, ſed à regia, quâ excellit forma, ſplendore, imo & diademate. Quid enim aliud in *Lilio* eſt aurum illud, ſex ſtaminibus protenſum, & ad modum coronæ turritæ gyratum!

Lilium flos regius.
Pier. Lib. LV.

IAM ſalutantem audiamus Angelum: *Aue gratia plena*: hoc eſt, gratioſiſſima, donis omnibus cæleſtibus refertiſſima, & vt interpretabatur Elizabeth: *Inter Mulieres benedicta*, ſuper omnes alias eleuata. *Aue gratiâ plena*, exclamat Epiphanius, *ſplendidum cælum, quæ incomprehenſum contines* DEVM; *Aue gratia plena, quæ Cherubicũ thronũ* *Diui-*

Aue gratia plena Gratioſiſſima.
Epipha. ſerm. En. omiaſtico.

Diuinitatis fulgore ſuperas. LILIVM hic intuere, inde vel maxime regio nomine decoratum, quod regia pręſtet celſitudine, tanta proceritate ſuper flores alios attollens caput, vt ad tria interdum cubita ſurrigatur.

Pier. Lib. LV.

Maria turbatur.

INAVDITA, & inexpectata hactenus MARIÆ dixit Angelus: *Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius.* Magna eſt contemplatiuorum diſſenſione, an veritas conſentiens? quæ-nam illæ fuerint ſpinæ, inter quas myſticum Lilium effloruiſſe dicitur. *Sicut Lilium inter ſpinas, ſic Amica mea inter filias.* Exiſtimat Gulielmus, ſpinas dici reliquas matres, inter quas DEIPARA fuerit, vt LILIVM inter ſpinas, quando quot-

quotannis cum iis Ieroſolymam aſcendebat. Sed *tum ſingulæ illæ*, inquit, *quas pepererant, ſpinas ſecum ducebant. Sed hoc Lilium inter illas ſpinas ſuum ſecum* Lilium *adducebat*. Quæ multorum eſt opinatio, quibus ſpinæ ſunt virginum reliquus chorus: qui Liliorum eſt, ſi ſolitarie ſpectetur; ſpinarum, ſi comparate ad *Virginem virginum*. Nã, vt eleganter diſſerit Quintilianus: ſunt res quædam, quę per ſe habent admirationem, & quidem merito: ſed tamen comparatione meliorum, id eſt, eorum, quæ ſunt eximia, quodammodo ęuaneſcunt. Vt lana tincta fuco, citra purpuras placet: at, ſi contuleris ad purpuram, euaneſcit.

Abbati Tuitienſi ſpinæ ſunt *Spinæ op-* tot

probria blaſphemia. tot tantæque, quas tolerauit Chriſtus ſponſus, impiorum blaſphemiæ: probra, alapæ, flagella, quæ ſuſtinuit: corona denique ſpinea. Inter hæc Chriſtus fuit, vt *Lilium:* ſed & virgo Mater: quia quæ ſpinæ filium, eædem confixerunt Matrem, puncturis condolentiæ, & cõpaſſionis. Atque, vt ſuo tempore videbunt impii, in quem pupugerunt, ita experientur Mario-maſtiges quam confixerunt.

Spina ſymbolicè varia. MVLTIS placet ſpinas eſſe improborum conſortia, Iudæos lacerantes: gentiles pungentes: hæreticos perforantes. *Honorius.* In ſpina tria noto: cito floret; cito areſcit; acute pungit: Impiorum plerique florent diuitiis: in virtutibus cito areſcũt, & igni

& igni ſunt apti: denique malis moribus bonos pungunt. Sed quid vetat dicere, ſpinas fuiſſe turbationis aculeos, inter quos, vt *Lilium*, illæſa manſerit Domina? Non enim minus pungit animum, quælibet turbatio, quam corporis ſpinarum acumen: præſertim, ſi accedat cogitationum ſubtilitas, quæ hic etiam interuenit. Nã turbata Domina *cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio*. O acuta ſpina. Cui adiungatur Timor, de quo Angelus: Ne *timeas MARIA*. Annõ Patrona noſtra turbata, cogitabunda, anxia, *Lilium* eſt inter ſpinas?

Spinæ turbationis aculei.

AT quomodo idcirco *Lilium*! Accipite nouum, ex ſapientia ſymbolica in hac re arcanum, quod eleuatioribus ingeniis

Flos ſpei hieroglyphicum.

Pier. lib. LV.

geniis diſplicere non poterit. Docetur in Theologia quam Symbolicam dicimus, Florem omnem hieroglyphicum eſſe ſpei. Siquidem ſpes, vt Speuſippus Platonicus definiebat, eſt expectatio boni: velut è cõuerſo, timor, vnde turbatio, & cogitationum acerbitas, eſt animi concuſſo in expectatione mali. Floribus autem inſpectis, vſum inde fructuum ſperant agricolæ. Eſt itaq; *Flos* omnis futuri boni prænuncius, frugem paulo poſt ſuccreſcentem pollicens. Ob quam cauſam ſcribit Themiſtius, per *Florem*, vbi præuius apparuerit, in frugis inde ſpem animű adſurgere.

Lilium ſpei præcipuum ſymbolum.

VERVM licet hæc communis ſit florum prærogatiua.

Nam

Nam omnes bene ſperare iubent: *Lilium* tamen, ſapientum conſenſu, primas in hoc genere obtinet. Hinc in antiquorum monumentis, cum inſcriptione SPEI, *Lilij* potius, quã alterius cuiuſpiam floris ſpecies viſitur. Numus Imp. Alexandri Pii Aug. apud Antiquarios in precio eſt: in quo ab alterâ facie, Dea *Lilium* dextera prætendit, cuius inſcriptio eſt, SPES PVBLICA. Eadem inſcriptio, cum *Lilio* manu DEÆ prætento, in Imperatoris Æmiliani numis habetur. Nuſquam vero frequentius, neq; manifeſtius Lilij facies, pro ſpe ponitur, quam in Imperatoriis Claudii P. T. Aug. numis, vt obſeruauit Bolzanius. In iis Dea ipſa pallam læ-

ua ſuſtinet, dextera *Lilium* prętendit cum inſcriptione SPES PVBLICA. Et in Tir: Claudii numis eodem geſtu Dea cernitur pallâ ſublata. *lilioq́;* dextera porrecto, cum litteris, SPES AVGVSTA. Eodem ſtatu, habituque in Hadriani numo Dea *Lilium* prætendit, cũ inſcriptione SPES P.R. Sed quid accumulandis exemplis immoramur! hoc dicebam.

Turbatio Mariæ ſpes ſalutis. Card Tolet. in Luc.

MARIAM inter turbationum ſpinas eſſe *Lilium*. Cur ita? Quia Mariæ turbatio humanæ ſaluti ſpem attulit. Tũc ſperare potuimus, ex Virgine naſciturum verbum, cum amatæ virginitatis cauſa, vel audito prolis nomine, contremuit, expauit, turbata eſt. Tũc ſpem publicam concepimus, cum tam tenacem propoſiti

ſponſam ſuam animaduertit ſponſus diuinus, vt Mater potius detrectarit eſſe, quam fædari conſenſerit.

An non huc belliſſime facit, quod eſt apud Oſeam! *Dabo eis vallem Achor ad pariendam ſpem*. Symmachus legit: *ad oſtiũ ſpei*, vt ſit illis porta ſpei. Quod humano generi Limen fuit ſpei? *Vallis Achor*. Notant docti Interpretes; hic nomen *Achor*, non eſſe proprium, aut cognomen, ſed ſubſtantiuum, & ſignificare *turbationem*. Sic enim vocata fuit Vallis, vbi occiſus eſt Achan Ioſue VII. & Vallis Ieſrael, quoniam ibi Iſrael eſt turbatus: vt ſenſus ſit: Dabo eis vallem turbationis in oſtium ſpei. Vel, Vallis turbationis erit ſpei initium. Vel:

Vallis Achor. *Oſea 2.* *Mariana* Em. Sa. Ribera. *Ioſ. VII. vlt.* *Hebr. Scholiaſt.*

turbationem in ſpem melio-ris temporis mutabo. Vel Vallis turbationis certiſſimũ erit ſpei ſymbolum.

Vallis turbationis.

QVÆ nobis vallis eſt turba-tionis? fæcundus Mariæ ven-ter vallatus liliis, ex quo dein-de *Lilium* conuallium prodi-bit. Hæc humano generi facta eſt oſtium ſpei. Vt cõmodior nulla inſcriptio fingi poſſet, ad exornandum ſceptrum O-ratoris diuini Gabrielis, quod fuit LILIVM, quàm, SPES PV-BLICA GENERIS HVMANI.

Ludouicus Dux Borbonius.

Ordo Equitum à Carduo. Lib. de Ordin. milit.

HIC mihi in mentem venit Ludouicus II. Dux Borbonius, qui recèns ex Africâ, in quam exercitum cõtra Barbaros du-xerat, Equitum è Carduo B. MARIÆ Ordinem inſtituit, cuius torques erat aureus ex

Lili

Liliis contextus, interſtinctis æqualibus interuallis Cardui foliis, è quib. Crux pendebat, cum hoc lemmate, SPES. Significare Dux volebat, inter aduerſa virtutum integrũ decus, vt inter carduos *Lilia* emergere. *Cauſin. Lib. X. ſymb. XLVII.*

Creſcat de vulnere virtus.

Nobis, ſi eſſet idem ſigillũ, & inſigne Sodalitatis Marianę ſignificare poſſet, Patronam ad Legati cæleſtis verba turbatã, LILIVM INTER SPINAS.

SED non ita turbata fuit virgo, vt ſubtilitate quæſitorum, & reſponſorum ſuauitate non demonſtrarit, inter ſpinas cogitatuum variorum animi generoſitatem, & mirifice Oratorem Angelum in ſui amorem pellexerit. Nonne ite- *Reſpondet Gabrieli Maria.* *Eius Labia Lilia.*

rum agnoſcitis LILIVM? Vere Domina, dum reſpondebas Gabrieli, *Labia tua* fuere Lilia *ſtillantia myrrham primam*: id eſt, roſea, cryſtallina, ſuauiſſima. In *Liliis* tria ſunt eximia, aureus color intus, candor foris, atque odor egregius: ſpirabant tua verba aurum amoris, candorem virginitatis, odorem habebant demiſſionis. Intus, vbi DEVS ſolus videt, fulgebas auro ſanctæ deuotionis: foris nitebas candore bonæ actionis: diſpergebas vndequaque ſuaueolentiam bonæ operationis.

Cantic. V. 13.

Gulielmus.

An-non ſunt *Myrrha prima*, indicantia ſenſualitati amarorem, & carnis continentiam: *Quoniam virum non cognoſco*? Annon ſupra omnem *myrrhā* pri-

Myrrha prima.

primam, electam, plenam, tranſe- Sym-
untem, dulcia ſunt, ac odorata: mach.
Ecce ancilla Domini fiat mihi ſe- πρόθειαν aquila
cundum verbum tuum? quæ o- ἐπιλεκ-
doris ſubtilitate perniciſſime τήν.
per omne elementorum dif-
fuſa ſpacium, cælos ipſo pene-
trarunt, & è ſinu Patris vnige-
nitum ad Liliatum vterum al-
lexerunt. Quid aliud erant
quam myrrha, quæcumque a-
gebas, dicebas, cogitabas: ni-
mirum, ab omni carnis putre-
factione, ab omni vanitatis
corroſione, ab omni falſitatis
corruptione aliena, ac præſer-
uantia? Cum igitur quæcun-
que in Annunciatione conti-
gerunt, per Lilium aptiſſime
exprimantur, nõne perquam
accommodate Virginis An-

nunciatæ ſacrum Symbolum dicetur LILIVM.

Lilia quomodo non laborent, neque nent.

AT *Lilia* non laborant, neque nent. In ingenioſa autem tua illa tabula, Virgini in Annunciatione appingitur colus, penſa, glomus, nentis ſupellex. Aio, DEIPARAM in Annunciatione non laboraſſe,nec neuiſſe, eodem pacto, vt id de *Liliis* negat veritas: id eſt, non fuiſſe ſolicitam de pulchritudine externa: non laboraſſe de cultu corporis: non conciliaſſe ſibi venuſtatem,ſtibio,ceruſſa,minio;non vſam,ad decus addendum,ſapone, non adhibuiſſe herbam borith, non lauiſſe ſe lacte aſinarum,non vſurpaſſe, ad mollitiem,balneum; non vnctam fuiſſe ſex menſibus oleo myr-

Maria non neuit.

rhi-

rhino: non ſex aliis, nititaſſe cutem pigmentis, & aromatibus; non curaſſe mundum muliebrem: non habuiſſe ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas, in fronte, ac ab auribus pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra. Sic non laborauit, aut neuit Maria; & tamen *Salomon in omni gloria ſua, non fuit coopertus, vt illa*: quippe DEVS, non ſolum neceſſitatis, ſed etiam elegantiæ, & pulchritudinis illius curam habuit, effecitque, vt nec Salomon illi

Eſtheris, II.12.

Eſa. III. 19.

comparari potuerit, licet is o-
Lib. III. *Reg.* III. 13. pibus, potentiâ, ac rerum naturalium notitiâ omnibus, qui ante, quique poſt ipſum fuerunt, antecelluerit, quib. præſidiis & excogitari, & parari ſolent illa, quæ ad ornatum corporis pertinent.

Maria quid contulerit ad Incarnationem. ITERVM dico, Deiparam in Annunciatione, vt *Lilium*, non laboraſſe, nec neuiſſe. At quomodo? nonne Incarnationis illa fuit ſedula coadiutrix? Nonne quæ ad conceptum, aliarum matrum; eadem ipſius in conceptu corporis Chriſti fuit opera? Nonne, vt multorum eſt ſententia, ipſa collaborando, ad vnionem hypoſtaticam efficiendam multum contulit? Nonne puriſſimum ſanguinem ſubminiſtrauit cõ-

pagi-

paginando ſuauiſſimæ prolis corpuſculo? Sint hæc, vt dicis, omnia. At in his non tam laborauit, ac neuit Maria, quam Dei gratia. Dicebat illa: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Dilectus prior dedit mihi, & ego poſtea deuote refudi illi. Accepit à me carnis ſubſtantiam: Sed quam ante dederat. Lacte meo eſt paſtus: Sed quo ipſe vbera mea implebat. Officioſa fui: & hoc ipſe ancillæ ſuæ præſtabat. Denique, quod Matrem fecit, quæ ancilla eram, non tam meis meritis, & officiis, quam eius exuberantiſſimæ gratiæ eſt adſcribendum.

Cant. II. 16.
Gulielm.

REPETO: MARIA, Vti Lilium, in Annunciatione, non laborauit, vt paſceretur, nec neuit,

Quomodo non laborauerit nec neuerit.

neuit, vt veſtiretur. Sed qui condidit eam, cibus erat eius vitalis: & veſtis nuptialis: induerat iam tum Chriſtum, à quo paſcebatur: licet & ipſe in vtero eius paſceretur, *Lilium* à *Lilio*: vtrumque inter Lilia.

Imitatio Mariæ Lilii.

VTINAM & nos, qui *Liliorum Lilium* colimus, & vt Matrem habere ex ſolenni ſponſione tenemur, eſſemus Lilia: paſceremur inter *Lilia*: quod proprium eſt Sodalium Annunciatæ Virginis, id eſt, Lilij inter ſpinas. Hîc ſubſiſtẽdum eſt pauliſper, & cuiuslibet ſine exacerbatione conſcientia conuenienda.

Lilii candor ſymbolum caſtitatis.

Es-ne *Lilium*? Conſule colorem, qui eſt candor: ſymbolum caſtitatis. Sat eſt dixiſſe.

quid

Digitized by Google

quid pluribus opus! Caſtitas tibi commendatur in omnibus hic haberi ſolitis commẽtationibus, tu oculis, ore, manu, corde impudicus te *Lilium* arbitrere!

At animo ſum caſtus, propoſito nunquam violãdo, pudicus, ætẽrnum futurus continens, licet verbis, geſtibus, & geſticulationibus, ſociis, quibus cum ago, me conformem: noſti Pater: hic eſt mundi ſtylus. Non aliter inter nos agitur. ſæpe audiſti: *Candor exterior.*

Dum fueris Romæ Romano viuito more.

Audiui & noui equidem: ſed non probo; *Lilium* nunquã eris, niſi exterius quoque ſis caſtus: ex interpretatione Honorij, in verbis, & factis. Vt quiſpiam caſtum ſe dicat, & o- *Canticor. II.*

culis in plateâ, foro, templo ſit lenonijs: in conuiuio feſcenninis vtatur verbis: inter ſodales colloquia miſceat quæ ſunt Cynædorum, nunquam perſuadebit, niſi ſtolidis. *Liliũ*, condorem foris præfert, in foliis, quibus verba ſignificantur, & opera.

Odor Lilij

SED & odorem habet. Non fuit ſatis Virgini Matri, vt *Lilium* eſſet, non fornicari: deſponſari eam voluit DEVS, vt abeſſet fornificationis ſuſpicio: id eſt; non candorem ſolum habere voluit: ſed & odorem: ſeu famam bonam. O Sodales! Non caſtitatem tantum colite, ſed omnem etiam, quæ Caſtitati officere poteſt, ſuſpicionem euitate. Nihil tam occultum, quod non reueletur.

Fama bona.

Digitized by Google

tur. Nihil tam abditum, quo non penetretur. Vbique ſunt feneſtræ: etiam vbi ferreum eſt oſtium. Cor feneſtellam ſuam habet, quamuis quodam ſenſu inſcrutabile: & feneſtratum eſt pectus, quanto magis conclaue ligneum, aut è gypſo? Nulli credas. proderis niſi fueris, qualis vis haberi.

Secretum criminis vllum

Eſſe putas? ſerui vt taceant, (quamuis non tacent) *iumenta loquentur.*

Pallas Erychtonium ſuum, vt eſt in fabulis, quamuis ſapientiæ præſes: quamuis Dea, occultare non potuit, quin ipſum cornicis garrulitas publicaret. Omnis iam in populo auriculas Midæ habet: quæ *Pallas Erychtonius.*

per

per miliaria aliquot extenduntur:&

Quod quiſquam in animo habet, & ſibi
tantum loquitur, audiunt:
Id, quod in aurem rex reginæ dixerit,
audiunt:
Quid Iuno fabulata ſit cum Ioue audiunt:

Nihil vllibi tutum eſt, niſi ſis *Lilium*. Ædes omnium, tonſtrinæ videntur: homines omnes lippi. Si quid feceris, quod candorem violet, ſtatim dicere licet: Lippis & tonſoribus notum eſt. Itaque remoue, quicquid vel ſuſpicionem iniicere poſſit vitæ minus caſtæ.

D. Athã. Exhor. ad ſacrati ordinis homines.

PRÆCLARVM eſt monitum D. Athanaſij Exhortatorio ad Monachos, quos, vt & Deo ſacratos omnes obteſtatur, ſi conſultum ſibi velint, vt ſanctiſ-

ſanctiſſimarum etiam fœminarum, addo, Auguſtinum ſequutus, coniunctiſſimarum cohabitationem ac frequentiam adeundi, ac colloquendi vitent. *Non quod mihi fas ſit*, inquit, *de iis, qui vere ſemel deuota* Deo *pectora dicauerunt, ſecus æſtimare aliquid: ſed, vt ex abundanti, ſic omne quod fingi poteſt, tanquam poſſe credi, caueamus: ne in vllo famæ noſtræ vulnere ſerpat nata ab occaſione ſuſpicio. Non tantum nobis fides facti, ſed poſſibilitas etiam releganda mendacii.*

Poſſibilitas mēdacii vitanda.

Diuinum plane conſilium ab amico fideliſſimo profectum: omnes quidem, qui virtuti ſtudent: ſed illos maxime, qui caſtitatem ſuam ſemel Deo, per votum, ſiue in ſtatu eccleſiaſtico, ſiue religioſo cõſecra-

ſecrarunt, tam cautos eſſe debere, vt mendacii tollant poſſibilitatem. Quod an faciant, vobis diiudicandum relinquo, qui ne Curios quidem ſimulare norunt, cum Bacchanalia viuunt. Qui quod de Sodalium nullo adfirmari poſſe, me iuuat credere, ſuſpecta vrbis loca ſub crepuſculo frequentant. Qui palam impudicis ſermonibus, libris, chartis delectantur, de quorum impudicitia vulgus loquitur. quorum acceſſum, imo conſpectum boni patres-familias auerſantur: matres familias fugiunt: filiæ-familias diris, ſed heu! nimis tarde deuouent. Qui ſæpius lenones, paraſitos, mimos, reipublicæ carcinomata, quam religioſos conſulunt.

Digitized by Google

lunt. Qui innocentum pudicitiæ, litterulis, munuſculis, colloquutionibus inſidiantur. Quorum ædes, turpiſſimis, molliſſimiſq; cantiũculis perſonant. Qui noctu alienam quietem, poſt diurnam crapulationem, infeſtam habent. Qui in conſpectu ſolis huius, Abſalonem, in ſolario domus paternæ exprimunt: Iudæ in pratis ſunt ſimiles: ab Onæ ſceleratiſſimo facinore non ſunt alieni.

Qui dum focaria indigent: ſi tamen indigent pro foco, quem expeditius Vulcanus, quam venus accendit, venuſtiſſimam pagi, vel oppidi conducunt: nec vna contenti, vt ginecæum habeant, adiũgunt alias, haud aliâ, quam pulchritudi-

tudinis conſanguinitate propinquas. Hinc illæ lacrimæ, hinc ſcandala, ad quæ expianda nouo orbis cataclyſmo, opus eſſet, aut imbre Sodomæo.

SED quid his triſtibus cõmemorandis hoc dierum ſodalib. lætiſſimo immoramur? Cur non potius in vota, precesque effuſi, optamus identidem, vt ſodales omnes hic congregati, ſint inter tot calamitatum, ac ærumnarum humanarum ſpinas, LILIA, quorum odore nihil gratius, nihil iucundius cerebro ſano: ſint bonus odor Chriſti: ſint *Lilia* candore caſtitatis: non carnis tantum, ſed & linguæ, quæ, vt foliorum eſt gratiſſima; cordis etiam, quæ, vt fructuum, eſt

vti-

vtiliſſima. Sint *Lilia* aureo colore in DEVM, ac proximum, caritatis: ſint *Lilia* humilitatis inclinatione. Tandemque ſint Lilia virtutum virore nunquã intermorituro. Quod precamur, vouemus omnibus, ac ſingulis. Vt impetremus,

LILIVM INTER SPINAS
ora pro nobis.

NOTÆ.

PLVRIMA ſunt, quæ hunc titulum locupletare poſſunt: aliqua ſubiungo tanquã analecta Commentationis.

S. BERNARDVS Sermone Lxx. in Cantic. Quis huic iam imputet præſumptioni, vel inſolentiæ, ſi ſe dicat iniiſſe *ſocietatem cum illo, qui paſcitur inter* Lilia? *Etiamſi inter ſidera paſceretur,* S. Bernardus

eo ſo-

eo ſolo quo paſceretur, neſcio quid magnum videri poßit cum eiuſmodi amicitias, ſeu familiaritatem habere. Non ignorat ſponſa vnum eſſe, & qui paſcitur, & qui paſcit, inter Lilia *commorantem, & regnantem inter ſidera. Nam qui in altißimis eſt Dominus, in imis eſt, Dilectus ſuper ſidera regnans, & inter* Lilia *amans. Amabat & ſuper ſidera, quia nuſquam, & nunquam potuit non amare, quia Amor eſt. Sed donec ad* Lilia *deſcendit, & paſci inter* Lilia *compertus eſt, nec amatus eſt, nec factus dilectus, quia non potuit ante diligi, quam agnoſci. O vere amandum & totis medullis cordis amplectendum ſponſum. Quærenda in ſpiritu hæc refectio inter* Lilia; *nam corporea cogitare ridiculum eſt.*

Quin ipſa Lilia *ſpiritualia à nobis demonſtranda erunt. Quæ ergo ſunt illa* Lilia, *è quibus ſpecies decoris eius, Procede, inquit, & regna propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam.*

Lilium, Veritas Manſuetudo. *Bonum* Lilium veritas, *candore conſpicuum, odore præcipuum. Eſt &* Manſuetudo. *Quod autem* Iuſtitia Lilium *ſit,*

ſit, recordamini de ſcriptura: quia Iuſtus germinabit ſicut Liliũ: *Sunt multa apud ſponſũ & alia* Lilia *præter hæc. Quis illa enumeret?* Nempe *quot virtutes, tot* Lilia. *Et fortaſſe propterea ipſe ſe* Liliũ *appellauit, quod totus verſetur in* Liliis: *& omnia, quæ ipſius ſunt,* Lilia *ſint; Conceptio, ortus, conuerſatio, eloquia, Miracula, Sacramenta, Paßio, Mors, Reſurrectio, Aſcenſio.* *Iuſtitia.* *Virtus omnis.* *Chriſti myſteria.*

Quid horum non candidum, & non ſuauißime redolens? D. GREGOR. *Nyſſenus Orat. IV. in Cantica.* Qui paſcitur inter Lilia. *Hic eſt præclarus ille Paſtor, qui non fœnum gregi, pabuli loco, præbet, ſed puris* Liliis *oues alit, non amplius fœnum fœno nutriens. Eſt enim fœnum natura brutorum proprium, ac peculiare alimentum: homo autem cum rationis ſit particeps vera ratione paſcitur. Quod ſi huiuſmodi fœno ſaturaretur: & ipſe in fœnum cõmutaretur: eſt enim præſcriptum,* Omnis caro fœnum eſt: *quamdiu ſcilicet caro exiſtit. At, ſi quis ſpiritus fiat à ſpiritu progenitus non amplius victu gramineo paſcetur, ſed ſpiritus ei pro nutrimento erit: id quod puritas & fra-* *S. Gregorius Nyſſenus.*

& fragrantia Lilii *obſcuriuſcule denotat.*

QVIN etiam ipſe Lilium *fragrans, ac purum erit in naturam ipſius alimenti commutatus. Atque hoc ſibi vult Dies per radios diffuſa ſiue perflans. Quemadmodum diuina vox loquitur, cum diffuſionem per ſpiritum radiorum factam, perſpirationem appellat, per quam vmbræ huius vitæ remouentur: in quas ſtudioſe reſpiciunt defixis oculis, qui necdum luce veritatis animi oculum illuſtrarunt. Qui vmbram ac vanitatem ſic intuentur, quaſi reuera quiddam ſubſiſtens: quod autem vere exiſtit, quaſi non exiſteret, negligunt. At qui* Liliis *veſcuntur: hoc eſt: quorum animus ex puro ac fragranti alimento pingueſcit, omni fraudulenta, amoriſque conſimili rerum ſpecie (quæ res hac in vita caræ ducuntur) reiecta ad veram ipſarum rerum ſubſtantiam reſpiciunt, effecti lucis ac diei filij.*

S. BERNARDVS Serm. LXXI. in Cantica. Tu, qui hæc audis vel legis cura habere Lilia *penes te, ſi vis habere hunc habita-*

bitatorem Liliorum. *Opus tuum, ſtudium tuum, deſiderium tuum* Lilia *eſſe proteſtentur, moralis quidem rerum ipſarum candor, atque odor. Habent & mores colores ſuos: habent & odores. De colore, conſcientia conſulatur: de odore, fama: Sponſus itaque & cum ſit virtus in virtutibus complacet ſibi, & cum ſit Lilium libenter inter Lilia commoratur: & cum ſit candor, delectatur candidis.*

ACCIPE *aliam interpretationem verbi* paſcitur. *Non ſignificat ſponſum paſci Liliis, id eſt, edere, aut conſumere, ſed potius, quod inter illa commorans, paſtorem agat, & cuſtodem. Audi Bernardum ſermone, De natali B. Mariæ.* Non cibo, ſed conſortio paſcitur Liliorum: nec Liliis veſcitur; ſed inter Lilia verſatur. *Qui veſcitur conſumit Lilia. Dilectus noſter non conſumit flores puritatis: ſed vt paſtor & cuſtos inter illos verſatur.*

LEGENDVS Delrius, *Panegyr.* I. *de* Conceptione, *vbi probat Mariam eſſe* Lilium. *I. quia tota* Lilli *ſignificatio illi quadrat. Qua ſemel fuit initialis iuſtitia* Martinus Delrio.

H cyclado

cyclade à ſummo vertice ad imos pedes circumdata, eam poſuit, amiſit, maculauit nunquam. II. *Quicquid in* Liliis *in Maria ſingularius elucet, Placent in* Liliis *odor, Forma, vires. Sicut odore* Lilii *nihil iucundius cerebro ſano, & probo: ita Dei Genitrice nihil fragrantius ijs, quibus animæ odoratus ſagax, & integer eius odor vitæ. Odoratus expers eſt, cui* Lilium *iſtud nihil olet. Formam Lilii color & compoſitio partium commendat. Color niue in flore & in radice candicat: in floſculi penetralibus auro rutilat, tingit, & inaurat tangentes: in thyrſo, & quæ thyrſum ambit corona, viret Smaragdo. Candor, eſt* DEIPARÆ *virginitas. Non carnis tantum, quæ ſi ſola, ignobilis: ſed & linguæ: quæ, vt foliorum, non multo precioſior: ſed peniti quoque cordis, quæ nobiliſſima, quoniam ex corde, velut radice, opera, verba, & cogitationes improbæ pullulant: nigra videlicet, ex bulbo nigro folia.*

Splendor auri ſex ſtaminibus protenſi immenſa liberalitas eſt DEIPARÆ *in totum genus humanum, & quauis flamma caritas inflammatior.*

Vi-

Digitized by Google

Viror, ſpei eſt ſymbolum. Tali diues auro, tali diues argento, cur non ſpei firma & erecta ſceptrum ſibi amœnum ſcapi virorem, vindicaret. In partibus Lilij *ima eſt bulboſa radix multis tunicis inuoluta: grana quoque aurea ſepto floris in circuitu aduerſus aeris, & vermiculorum iniurias vallata circumſpectionem accuratiſſimam ſignificant, quâ Virgo B^ma. perpetuo cor & labia cuſtodiebat.*

Caulis Lilij *rigidus, enodis, erectus, Fortitudinem & conſtantiam in præclarè geſtis, ac meditatis, liberam à doli, atque malitiæ geniculis, & internodijs deſignat. Talis erat* Maria.

Quod in Lilio *ſcapi folia lenia & glabra tactu ſentimus: quod altum petere: quoque altiora, minora; quo radici propiora, maiora cernimus, quod floris foliola & ipſa ab imo ad ſummum adſurgunt, & ſcyphi in mare compaginata labelli editioris extima leniter fibris retrorſis obliquatur, digniſſima ſunt ſingula diligentiore penſiculatione.* *Scapi & floris folia.*

Regina Cœlorum animus Deuotionis ardore *Aſſur-*

dore in Cælum ferebatur. Mentis in Deum eleuatione ſupremos beatarum Mentium choros ſuperabat. Hominibus interea comu erat. ſine moroſitate: adfabilis ſine vlla ſuperbia: familiaris ſine cuiuſquam offenſione. Creſcebant, & adſurgebant in ocul DEI virtutes. quo maior his & melior, e ſe magis depreciabat: ſibi tanto in ſuis oculis deſpectior videbatur. Proprium id vera Humilitatis: Vt, quo quis, cælo teſte, perfectior, ſibi ſe indice imperfectior cenſeatur.

gentia Deuotio cælipeta. Scyphi forma labrum reflectens. Erga proximos comitas, ac humanitas. Minora folia quæ altiora. Humilitas in animo ſuo.

Lilij foliola contigua ſibi ſtipantur. Folia ſtipata ſenſuum recollectionem indicāt DEI genitrix ſenſus omnes, cogitationesque ſuas in Deo ſalutari ſuo accurate recollegerat, & in hunc orbem veluti glomerararat.

Folia ſtipata ſenſuum recollectio.

Summo molliter relicino Lilii foliolum retorquetur. Ita fons pietatis Domina N. ex illo ſuo rapidiſſimo, & intenſiſſimo in DEVM amore in filiolos, ſeruulosque ſuos reflectitur oculo miſerationis miſeriæ generis ſui miſeretur. Vult prodeſſe quantum poteſt, & poteſt quantum egemus.

Obliquātia florū foliola Miſericordia.

MI-

MIRA eſt Lilii *vis ad curandos morbos varios. Plinius & Dioſcorides adfirmant,* Lilium, *lepras, & vitiligines emendare: neruos præciſos conſolidare, ſolutos reſtringere: tam veteribus vlceribus, quam recentibus vulneribus opitulari: ignem ſacrum, ne proſerpat compeſcere: ſerpentum morſibus aduerſari.* *Lib. III. Cap. 99. Plin. Lib. XXI. 19. Lib. XXIII. Cap. 4.*

Quem elephantiaſis auaritiæ, aut depetigo Giezi obſoletauit vel ocij, & acediæ dolones ad obeundam pietatem ſubneruarunt, à Lilij *Mariani radice piſtillo frequentis meditationis contuſa petat medelam. Si quem marinus ille Draco ſpina lethifera capitalis alicuius peccati vulnerauit: vel vagus opinionum prauarum herpes occupauit,* Lilij *ſemen vino caritatis mixtum plagæ illinat. Si cui culpæ recentis vulnus dolet: vel hulcus altum, & conſuetudine, atque ſilentio inueteratum eſt, foliola melli, & aceto acriori elutius incocta. Pœnitentiam ſcilicet aſperiorem & diuturniorem adiungat. Quin etiam ſalutare fuerit ex ipſis illis vepribus ſpinam albam carpere, quæ peccati memoriæ aduerſatrix*

Memoria Mariæ. *Medetur Elephantiaſi.* *Caritas* *Pœnitentia.*

dicitur, & Dauidi iugiter obuerſabatur. hac vlcus ipſum exſculpere & ſaniem expungere ſolitus.

Ioannes Carthagena. *ALIO modo virgini Concepta applicat vim medicinalem* Lilij *Ioannes de Carthagena. Homil. de Arcanis Deiparæ & Ioſephi Lib. 1. Homil. VIII. Plinius adfirmat,* Lilium *habere virtutem efficaciſſimam contra lepram, contra vlcera, contra ignem ſacrum, nec non contra ſerpentum morſus. Non ſequius B. V. cum concepta fuerit, ſicut* Lilium *inter Spinas, ea diuinæ gratia virtute prædita fuit, vt nec peccati originalis lepra, nec antiqui ſerpentis morſus quicquam eam lædere potuerint. Quod ſi quiſpiam miretur, quomodo ſi Virgo* Liliú *eſt, Cuius tanta noſcitur eſſe teneritudo, vt nec minimum ferat contactum cuſpidis, quin perforetur: quomodo inquam, in Conceptione ſua reſiſtere potuerit antiqui ſerpentis brachio contra illam vibranti ſagittam! Certe id non virtutis humanæ Virginis fuit! ſed virtutis illius, qui potuit facere mundum de immundo conceptum ſemine.* Iob. XIV.

POS.

POSSVMVS, etiam non incongrue, per has Spinas intelligere eas, quæ capiti noſtri Saluatoris adfixæ fuerunt, à quibus ſuauiſſimum B. *Virginis* Lilium *præſeruauit, ne illud Dæmon contrectaret, peccatorumque feræ pedibus conculcarent. Vnde eſt illud Iſaiæ*: Dabo in ſolitudinem cedrum, & ſpinam & myrtum & Lignum oliuæ, vt videant & ſciãt, & recogitent; & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc. *Nimirum: Cum in conceptione ſua Mater mea videatur ſola exiſtere: ita vt nemo ei præſtet auxilium, tunc manu mea circumdabo illam cedro, ſpina, & myrto. Quæ quidem arbores, vt narrant Nicolaus de Lyra, aliique Interpretes ſacri, quia incorruptibiles ſunt: ſignificant animam virginis non fore peccato corrumpendam.* Circumdabo etiam illam oliua, *quæ ſignum eſt victoriæ, & ita virgo victoriam de omnibus peccatis reportaſſe declaretur.* Spina. Iſa. XLI.

IOANNES *David in Pancarpio, Titulum*, Lilium inter Spinas, *imagine* Ioan. Dauid.

explicat, & commentariolo pio admodum, præfixo carmine.

Lilia pungentes inter fragrantia
Spinas.
Fac nos in mediis florida virgo
malis.

Scribit, MARIAM *comparari* Lilio. Primo, *ſi formam floris conſideres.* Nonne Lilium *à radice recta ſurſum tendit: & quo magis ad perfectum aſcendit, eo ſe magis flos ipſe in terram inclinat, in virtutum excellentia maiorem demiſsionem ſuo typo ſignando? Quid dicit Scriptura?* Quanto magnus es, humilia te in omnibus. *Nonne ſic* MARIA, *quo magis* DEO *cæloque appropinquabat per virtutum celſitudinem eo ſe humilius ſentiebat per ſubmiſſionem? Nunquid huc quoque* DEI *oculos deflexit ad gratiam inueniendam? Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.*

Eccl. III.

Secundo. *Nunquid & ipſe cando*r Lilij, *Maria candorem, puritatem virgineam, mentiſque ſplendorem deſignat? Nunquid eam ob cauſam Angeli quandoque in veſtibus albis apparuerunt, & virgines in ſtolis albis Agnum ſequuntur?*

Digitized by Google

Tertio. *Quis inſuper neget odorem quoque* Lilii *B.Mariæ fragrantiam, odoremque vitæ in vitam, totam Eccleſiæ domum replentem, repræſentare?*

Quarto. *Si Lilii vim ad ſanitates exquirimus, quis finis futurus? Nonne tumorem ſedant, ſaniem purgant, morſumque ſerpentis curant* Lilia? *Quis hic non videat ſuperbiæ, luxuriæ, ac morſus auaritiæ, ceterorumque vitiorum in Maria remedium, per eius humilitatem, caſtimoniam, paupertatem, ceteraſque ipſius virtutes innumeras figurari, ac in earũ exemplo proponi?*

Quid-nam igitur de Lilio *noſtro videtur? Numquid merito dicimus omnes rerum omnium conditori* DEO: Ex omnibus floribus elegiſti tibi *Lilium* vnum. *Nonne merito etiam in huius honoris argumentum, & teſtimonium in antiquo* *Teſtamento* Lilia *in candelabro aureo in vſum Tabernaculi* DEI *iuſſu facta ſunt?* *Lib.* IV. *Eſdr.* 5.

AT *quomodo B.Virgo* Lilium *fuit* inter ſpinas? Primo: *quando doloribus, vt gladiis fuit circumdata. Quando filii Matris eius ſynagogæ contra eam pugnarunt.* *Exod.* XXV.

Secundo: *quando tam benedicta inter omnes mulieres dnclarata reſplenduit, vt omnes quotquot ante ipſam fuerunt vel poſt eam futuræ ſunt, quantumuis ſpecioſæ, & gracioſæ extiterint; omnes tamen eius comparatione ſpina tantummodo cenſeantur. Sicut* Lilium *inter ſpinas: ſic, ô Maria, omnes in omni genere laudis excellis mulieres*, Tertio. Lilium *es inter ſpinas Maria: id eſt, inter animas omnes æterno Patri per Chriſtum reconciliatas, & filiarum loco adoptatas. Tametſi enim illæ inter ſe comparatæ, & mente, ac carne Virgines exiſtentes Lilia videri poßint, & vere ſint: ſi tamen illæ omnes, O Maria, ſponſa Chriſti ſelecta, tecum conferantur, in ſpinas abeunt: neque odorem vllum, neque colorem vel guſtum vllum habere tibi comparatæ videntur, ſpinarum inſtar. Tu ô ſuperbenedicta* Dei *Mater* Lilium inter ſpinas *quaſi Roſa in ſpinis naſcens, vniuerſis es creaturis admirationi. Tu ſola cum aliis collata ſicut columba in accipitrum medio dici potes ouis in medio luporum ſtella in medio nubiū: germen iuſtitiæ in oppido iniquitatis.* Quar-

Quarto. *Lilium inter ſpinas fuiſti Maria. Et ſi namque ex lege naturæ omnes filiæ humanæ ſpinoſæ, vt in peccato conceptæ ſunt, manſiſti Tu tamen per legem gratiæ immaculata.*

Amænum eſt carmen Hermani Hugonis Libro. 3. Deſideriorum, quo exponit illud Canticor 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter Lilia.*

Paſcitur in riguis vbi candent Lilia cāpis,
Et ſua virgineos ducit in arua greges.
Scilicet æthereū decet hic flos purus Amorē,
Et bene tā caſtas paſcit hic hortus oues.

De *Lilio* conſule Hiſtoriam ſtirpium Matthiæ de Lobel Inſulani, & volumen Aduerſariorum illi adiunctum, in quo copioſa eſt de hoc regio flore ad commentandum materia: modo quæ natura ſuppeditat, iudicio ſeligas, & moribus accommodes.



Hanc Violam lege Virgo puer, lege virgo puella:
Non veniet calathis pulchrior ulla tuis.

Digitized by Google

ORATIO III.

MARIA.

In Viſitatione

VIOLA.

Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione.

Luc.1.39.

INGRESSVS in Hortum Marianum, præter *Roſam*, Reginam florũ, & *Lilium*, hortorum decus, vidi areolam, in qua ſponte ex ſe fundebat tellus benedicta, & fæcunda, quamuis inarata, *Violarum* genus omne, cæruleam, purpuream, luteam, albam, flammeam. Cui non nota *Violariũ.*

Viola qualis flos. Vnde dictus.

ta VIOLA? floſculus in omni pene regione domeſticus è radicis carnoſę cauliculo protuberans. Sic fortaſſe dicta, quaſi *Vitula*, quod finxerint Poetæ in pabulum alicuius puellæ iam in iuuencam conuerſæ à terra fuiſſe effuſam. Vnde & à Græcis ab eiuſdem puellæ nomine ἴον appellatam volunt.

Viola Mariæ Icon.

IN hac ego, tanquam in icone, *Mariam* exhiberi exiſtimo, vniuerſe quidem, vt in reliquis florib. ſiue colorē, ſiue odorē ſiue vſum ſpectes, & abſq; myſteriorum, quæ Deiparam circumſtant diſcrimine: peculiariter tamen, quatenus cognatam Elizabetham viſitans, hodierna feſtiuitate, colitur. Huius enim in Horto Mariano VIOLA eſt ſymbolum

Kimchi Guidacerius vide Delrio Canticor. II.

lum, Quam ſubodoratum ſe fatetur non nemo in illo Diuæ elogio Canticorum II. *Sicut Lilium inter ſpinas*. Contendit enim vocem Hebræam ſignificare *violam*, verene an falſo non diſputo: hoc aſſero *Violam* eſſe viſitantis Mariæ imaginem. Quod dum per ocium optatiſſimis auditoribus meis clientulis tuis, enarro, O DIVA Lilio candidior, viola formoſior:

Hæc tibi ſint violaria curæ

VIOLÆ honos eſt in vere, aut veris potius honos eſt *viola*: nam ſedatis brumæ frigoribus, redeunte amæniſſimo anni tempore, vere, *Violam*, vt florum primitias terra emittit, munus præproperum, ſed præclarum. Duplex eſt mũdi ver. *Viola veris honos.*

Vnum

Vnum in quo corporeus iſte initium habuit.

Virg. lib. II. Georg.

—Ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
Non alios prima naſcentis origine mundi,
Illuxiſſe dies, alium-ue habuiſſe tenorem
Crediderim — — —

Ver mundi ſpirituale.

Alterum in quo ſpiritualis mundi, ſic Eccleſiam nominamus, datum eſt principium. Nimirum, Chriſto, vniuerſi formatore, ac reparatore in vtero Virginis concepto. Vtrũque fuit, ſole ingrediente Arietem. Quod in cælo quidem, Aſtrologorum fictione, ſignum eſt maternum, fæcundum, propitium, atque beneficum, & rerum primordiis ac generationi opportunum: in terra vero, Theologorum aſſeueratione, *Maria*, Diuinitatis Aries,

Aries, quo in inferorum muros factus eſt à ſummo Imperatore impetus, & nos eodem in ſerpentis caput arietamus. Sed ſignum eſt eadem nobis, maxime maternum, beneuolum, virtutum genituræ accōmodatum. Quod, vt ingreſſus eſt ſol iuſtitiæ, verbo Dei in vterum virginis, poſt annunciationem per Angelum factam, delapſo, ver rediit primæuo illo ſalutarius, ac amænius. Quippe, in quo, poſt hybernam natalitii criminis omnia conſtringentis glaciem, & hyemales grauiſſimorum ſcelerũ omnia amburentes pruinas, ceſſantibus imbricitoribus tentationum mortiferarum ventis, iiſque gratiæ diuinæ molliſſimis auris ſuccedentibus,

tibus, cæleſtis benedictionis ſotu, germinante animæ ſolo, vireſcentibus deſideriorũ cæleſtium herbis, floreſcentibusque operum bonorum arbuſculis, & quaſi reuiuiſcentibus nouo ſpiritus adflatu, hominibus, mundus cæpit renaſci.

Viſitatio in Vere facta. Hoc itaque vere ſe aperiente *Viola* prodiit, veris munus, Maria Eliſabetham viſitans. Siquidem, vt Angelus Virginem diuino grauidã verbo, reliquit in Nazarethico conclaui, quod accidit vigeſimo quinto menſis Martij, veris initio, abeunte Gabriele Legato, in viam ſe dedit, ac ocyſſime properauit, vt viſeret cognatam: *non quaſi incredula de* *Ambroſ.* *oraculo: non quaſi incerta de nuncio: nec quaſi dubitans de exemplo:*

Sed

Sed quaſi læta pro voto, religioſa pro officio, feſtinans pro gaudio.

SED quomodo tu hanc *violam* tanquam in vere prodeuntem celebras, dicet aliquis, cum adulta iam æſtate, ſecundo Quinctilis, Feſtiua luce viſitationem Deiparæ colat Eccleſia? Conſtat ſane ex Euangelica hiſtoria, viſitationem ſtatim poſt Annunciationem ſequutam fuiſſe: cenſuit tamen Eccleſia eius memoriam habendam ſecunda die Iulii, poſt octauam S. Ioannis Baptiſtæ: quia quo die Patrona noſtra agnatam ſuam adierit, ex ſacris litteris non liquet: at ex ijs liquidò patet, quaſi trib. menſibus apud ipſam manſiſſe, ex quo die ad illam viſitandam acceſſit. Quocirca ex Euangelio

Quare viſitatio B.V. celebretur in Iulio.

gelio magis notum eſt tempus, quo Viſitatio finem habuit, quam quo facta eſt. Nam ſi manſit, quaſi tribus menſibus in domo Zachariæ, conſequens eſt, vt manſerit vſque ad diem, qua natus eſt Baptiſta, vel circiter: putant enim aliqui, antequam Ioannes naſceretur, Deiparam in domum ſuam rediiſſe. Alii probabilius eſſe exiſtimant, expectaſſe vſque ad octauum diem, quo circumciſus eſt Ioannes, & poſtridie ad domum ſuam fuiſſe reuerſam. Eccleſia igitur certior de tempore, quo abſoluta eſt viſitatio, quam quo cępta, hodie illius facit memoriam.

Viola ortu prima inter flores veris.

NON dubitat tamen primũ fuiſſe fructum benedictæ illius terræ vernis diuini ſpiritus Zephy-

phyris afflatæ, vt *Viola* eſſe ſolet, apud nos ortu primæ inter fructuoſas veris delitias. Hanc autem ipſam reperio montes amare, quamuis non deſit eius copia in vallibus. Gaudere etiam tranſmotione, vt loquuntur hortenſium rerum ſcriptores. Tranſmouetur in viſitatione *Viola* noſtra, & quidem ad montes: *Exurgens Maria: abiit in montana cum feſtinatione.* Orta erat, & hæſerat eatenus in vallibus hæc *Viola*, vallibus humilitatis, ſuique contemptus. Transfertur ad montem perfectionis ad montẽ gloriæ, montem famæ, montem honoris & ad montem exaltationis. Sed non idcirco vallem deſeruit demiſſionis. Res mira, & plus quam hortenſe miraculũ manet

Viola montes amat.

Gaudet tranſmotione.

net

net in valle *Viola*, & in monte collocatur. Imo transfertur ad montem, vt magis radicetur in valle. Eodem in monte: eadem in valle: & eodem tempore. Quid quæris amplius Philoſophe, an idem eſſe poſſit eodem tempore in duobus locis? Maria in monte exaltationis, & in valle demiſſionis. Expleuit præceptũ Sapientis. *Quanto maior es humiliate in omnibus.*

Eccle. III.

Maria trans-plantata à Deo.

TRANSTVLIT illam hodie cæleſtis Hortulanus ad montana. Quod translatam dico, ne mireris, de quâ Euangeliſta ſcribit: *Abijt in montana*: credibile enim eſt, illam ab Angelo fuiſſe deportatam, quod quibuſdam doctrina magnis placuiſſe reperio. Quid ſi Deus ipſe illam transplantarit? Ita

Rup. in cant.

innuit

innuit Rupertus: *Poſt Dominũ,* inquit *fœmina trahebatur, & currebat in odorem vnguentorum, & ipſum currere: id eſt,* abire cum feſtinatione in montana, *erat dicere, Trahe me poſt te.* Exiſtimat igitur *Violam* noſtram à Deo, tãquam magnete tractã in montana. Sed non fuiſſet ſequuta trahentem tantus illi inerat amor demiſſionis, niſi ſecura fuiſſet, ſe non extrahendam è valle: imo niſi certa fuiſſet, ſe magis firmandam in valle.

AN fortaſſe id ſignificauit ingenioſiſſima puella in diuino carmine, quod hodierna die cecinit: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo.* hoc eſt: Idcirco ſpiritu geſtio, & lætabunda ad ſalutis auctorem,

rem, Deum propero, quia magnificauit animam, eámque, cum corpore, ad mõtana ſummi honoris extulit. Ergon' Maria, exaltata gaudes? Caue, id ſuperbiæ eſt indicium. Non ita: gaudeo; *quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*: id eſt: quia ad culmen honoris transferens me, occaſionem dedit magis me deiiciendi per humilitatem: quam cum auide arripuiſſem, placuit id Altiſſimo: ſibique gratum eſſe benignitatis vultu oſtendit.

Humana Superbia.

QVAM hic diuerſus à noſtro affectus? qui, cum ſimus viliſſimi homunciones, terræ quædam tubera, è nihili valde procurrentia ad montana dignitatis contendimus, honoris culmen ambimus: prælationis

Digitized by Google

tionis cathedram prenſamus, per fas & nefas ad alta molimur, vt vallem humilitatis noſtræ relinquamus, vt ab aliorum ſubiectione eximamur, vt noſtris cupiditatibus, & ambitioni ſatisfaciamus. Non fuiſſet paſſa ſe ad montana eleuari Deipara, niſi certa prius, nō fore ſibi impedimento honoris culmē, ad commorandum in valle humilitatis. Tu è contrario, niſi certus, te deſerturum vallem, non permitteres te rapi ad honorem ſiue eccleſiaſticum, ſiue politicum, quid dico? rapi? rapiturne aliquis, hoc tempore, ad honores, ad dignitates, ad prælaturas?

Quis rapitur amplius, vt vulgares vſurpemus titulos, ad Præturam, ad Quæſturam, *Honores ambiuntur, & rapiuntur.*

ad Conſulatum, ad Duumuiratum, ad Dictaturam? quis rapitur ad Prioratum, Abbatiã, Decanatum, Præpoſituram, Epiſcopatum? Non rapitur vllus amplius ad dignitatem: dignitas rapitur, violenti illam rapiunt: honor petitur, prenſatur, captatur, ambitur, Simoniace emitur, violenter abripitur. Pro corona pugnatur: pro Sceptro anima ponitur: pro inſula concurritur, dimicatur, occumbitur. Ita humana inſanit ſuperbia. Quæ in paruis eſt tanta, vt culmen recuſaret; niſi, dum ad culmẽ euehitur, vallem humilitatis ſe ſimul deſerturã conſideret.

Faſtus illorũ qui, in aliquo dignitatis gradu.

HINC tantus in minutulis etiam faſtus. Ad pagum proximum diuerte: ruſticanam illam

am prolem, & agreſtium rẽ-
ꝑublicam inſpice. quam pri-
num quis ad prætoriæ digni-
tatis apicem eſt euectus, cri-
tas tollit, non amplius ſe Ti-
tyro natum, vel Menalca re-
cordatur, pares antea, toruo
ſupercilio, & caperata fronte
alloquitur, ſi tamen alloqui
dignetur, nutu agens, & indi-
gnanti ſemper ſimilis, capitis
motu, aut oculorum nictu: in-
feriores pede trudit, vel ex
aratro rapto fuſte: cum reli-
quis paganis in templo conſi-
dere, cum iis æquo paſſu per
cimetorum interualla incede-
re, ad illorum circulos ſe con-
ferre, infra maieſtatem ſuam
exiſtimat. Domi nonniſi voce
graui, obtuſa, ac monoſyllaba
loquitur, vt Imperatorem pa-

gi agnoſcas. quid? loquitur? tonat ſemper: hoc burgimagiſtrum decere arbitratur. Nimirum, quod de Prætore curali, mutato nomine dixi, (Nā optimates vrbicos & Titulatos reipublicæ in theatrum inducere non attinet,) Commune eſt omnibus ex inſita arrogantia vitium. Nemo putat ſe ad montana honoris transferri, niſi vt demiſſionis deſerat. Non ita *viola* Cæleſtis, quæ ad montana ſummi honoris delata, in valle humilitatis eſſe non deſiit. Quam ſi imitari iuuat, decet ſane, cum te eius clientulum agnoſcas: *Quanto maior es, humilia te in omnibus*: Hoc eſt eſſe, ad imitationem Patronæ, *violam Marianam*.

IN

Feſtinatio Mariæ.

In qua *feſtinationẽ* etiam cõſidero: quæ propria eſt *violæ. Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione.* Nullus floſculorũ magis feſtinat, quam *viola*, quæ celerrime prorumpit: certare ſolita cum velocitate verna, quam vt præueniat, hieme vix exacta, caput exerit, boni nuncii baiula, quippe vernæ prodroma iucunditatis. Miraris Patronam abiiſſe in montana, id eſt, properaſſe, *cum feſtinatione:* prompte, celeriter, ocyſſimè? Meritò. Quis non obſtupeſcat, tenellulam, geſtantem vterum, è valle, per colliculos in montis aſperi volitare cacumina? Qua cogitatione defixus cum hærerem, poſt feſtam lucem Baptizatoris ſub noctem, pro-

Viola feſtinat.

In feſto S. Ioan. ludi exhiberi ſoliti ſub noctem.

ſpexi è ſuprema domus con-
Excitantur ignes. camerationeperfeneſtram,& oculos conieci ad arcem Marianā, vrbi imminētem, Principis ſedem: cum ecce, montem ad Æthnæ pene æmulationem, aut Veſuuij, flammis crepitantibus inuolui video, & ex omni parte, magno cum ſtrepitu, velocitate incredibili in altum ferri machinulas, *Iaciuntur ignita miſſilia. Pyroboli.* & pyrobolos volitare, quamuis ſine alis, per aera: iucundum curioſitati humanæ, quæ talibus paſcitur, ſpectaculum.

Cauſſa cur aſcēdant miſſilia ignita. SED mihi hæc contemplanti, vt fructus eſſet longioris vigiliæ, &, vt ad animæ referrem, quæ vulgus ad oculorum paſtum, in mentem veniebat, cauſſam aliquam eſſe, cur graui

uia illa ſuapte natura deorſum vergere ſolita, tam celeriter in ſublime, alituum ritu: imo velocius, quam alites, eniterentur. Alas non cernebam: flammulas erumpentes oculis vſurpabam: ſtricturas lucidas, ſcintillulaſq; vibrari contemplabar: colligebam inde, ignẽ fuiſſe latentem artificioſe machinis ad id fabrefactis incluſum: eius autem efficacia, cum ſemper impetu ad ſumma feratur ignis, tam facile pondus ad ſuperiora fuiſſe delatum.

Nec mirabar amplius, cum ad priorem conſiderationem animum reuocarem, cur ſuo, & alieno, pondere grauida virguncula *cum feſtinatione*, ſummaq; velocitate ad montana per colliculos diſcurre- *Cauſa aſcenſus in montana Deipara.*

ret, ac ſine aliis volitaret. Ignẽ in aluo cælitus miſſum receperat, illumque artificio mirabili omnium artifex Spiritus ita concluſerat, vt accedente, velut ad nitrium puluerem, vel fomitem ſclopetarium afflatus diuini ſcintillula, erumperet, ſecumque, quicquid terreum, quicquid ponderoſum, & graue in altum ſuſtolleret. Ita, ſubiecto igne, turres, & ingentes moles volitaſſe per aerem ſcimus.

Deus ignis conſumens. DEVS *noſter ignis conſumens eſt*, Deuteronomij IV. hunc ſinu incluſum geſtabat virgo: excitatur flatu diuini Spiritus ad pietatis officium, erumpit ignis, quid mirum, quod ſecum ferat, ac euehat machinulam, cui erat inuolutus! An for-

fortaſſe id ſignificare voluerunt Doctores Theologi, illo loquendi modo ſimpliciſſimo, quo dicunt: emphaticôs dictum ab Euangeliſta, *cum feſtinatione*: inſinuaſſe enim, diuinitus virginem concepiſſe: ſi quidem nihil impediuerit, conceptus in eius vtero fætus, quo minus iter longum & aſperum Virgo feſtina ſuſciperet. Adduntque, abiiſſe *cum feſtinatione*, quia Dei ſpiritus, cuius ſymbolum eſt ignis, illam vrgebat: ſtimulabat caritas feruens erga cognatam. Quid autem aliud eſt caritas, quam flamma? Quia ardens deſiderium inſeruiendi Elizabethæ in ætate profecta prægnãti: Quia modeſtia, & pudicitia virginalis eam impellebat, vt publica

Fœtus virginem non grauat.

Incitat ſpiritus. Attollit caritas.

loca, & hominum aſpectus præteruolans, in domum ſuæ cognatæ ſe abderet. Quid enim aliud hæc, quam igneam quandam vim ſignificant in virgineo latentem vtero, qua euecta ſubito in montana abierit *cum feſtinatione*.

Virgo iter accelerãs. Inſtar ignei miſſilis.

SED quicquid diximus, verbulo eſt complexus ingenioſiſſimus Auguſtinus: qui virginem in viſitatione *cum feſtinatione* iter accelerantem concepiſſe videtur, vt machinam flamma plenam, quæ in ſublime, ignis deliteſcentis impetu, euolarit. Sic enim ſcribit ſermone de Natiuitate: *Cum eſſet grauida Maria ſalubri leuitate plaudebat: Lumen enim, quod intra ſe habebat, pondus habere non poterat.* In Lumen igitur, ſeu

Serm. xi. de Natiuit.

ignem

ignem illuminantem, cauſam leuitatis, & feſtinationis refert. Sed cauſa princeps fuit DEVS, cui adplaudere poterat Virgo pſaltria, iiſdem, quibus Rex pſaltes, verbis: *Perfecit pedes meos, tanquam ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.* Quæ dum exponit laudatus antea Doctor; *Deus* inquit *perfecit amorem meum ad tranſcendenda ſpinoſa, & vmbroſa implicamenta huius ſeculi, & ſuper cæleſtem habitationem fixit ſedem meam.* Pſ. XVII. *Auguſt.*

AT quis finis tam feſtinatæ in montana profectionis? Non probo, quod Theophylactus, & quidam alii aſſeruerunt: tã ſubitam expeditionem ſuſcepiſſe ſacram Virginem, explorandæ, experiendæ, probandæque fidei cauſâ. Abſit. Credidit *Finis viſitationis.*

didit illa Angelo : & vere audiit ab Elizabetha : *Beata, quæ credidiſti.* Non quaſi incredula de oraculo nec quaſi incerta de nuncio, nec quaſi dubia de exemplo in viam ſe dedit. Quo ergo fine? Duplicem ex Violarum naturâ colligo. Vnus Deum reſpicit : alter virginem.

Si Deum ſpectes.

QVIS Deo fuit finis, dum incitauit *Mariam*, vt viſitaret Elizabetham, & tranſtulit ad montana? Idem, qui ſolet eſſe hortulano, dũ transplãtat *Violam.* Conſtat ex diſciplina hortenſi, *Violam* æque ac *Roſam*, iuxta cæpe, vel allium ſatam, fragrantiorem fieri : ita vnius fætorem ad alterius beneuolentiam cõferre. Quare transfert hortulanus Violam ad locũ, vbi

Pierius Lib. LVIII.

Viola iuxta cæpe fragrantior.

vbi cæparum & alliorum eſt copia, vt odorem ſuum longius, latiuſque diffundat.

ERAT Virgo Mater in ſe odoratiſſima, ſuper omnem *Violam* & *Lilium*: ſuauiſſimum in ea ſpirabat odorem virtutum genus omne. Fundebat ex ſe fæcundum animę ſolum, tanquam odoratas herbas, humilitatis thymum, caſtitatis myrrham, modeſtię ſtecadem, temperantiæ thymbram: virtutes alias, vt chamæpytim, caucalim, irim, periclimenon, oxalim. Erat *odor veſtimentorum* eius, *velut odor agri* pleni, cui benedixerat Dominus. Sed in domo paterna: aut apud ſponſum Ioſephum, in officina ferrariâ, adincudem Nazarethi, quod florẽ interpretatur *Maria odoratiſſima.*

tatur, minus Maria flagrabat. Erat velut *Viola* abſcondita, aut vt inter alios flores: nihil videbatur habere eximium. Imò Ioſeph videns tumeſcentem vtero, neſcio quid ſuſpicabatur. Quid? quod tam obtuſus illi erat odor virginis, vt occulte illam vellet dimittere. Fors & de ea domeſtici murmurabant. Fors nomen eius bonũ per viciniam fætere inceperat. Fors de illa loquebãtur aliqui tanquam de minus probà.

Hieroglyphicũ cæparum & alliorum.

Itaque viſum peritiſſimo Hortulano trãsferre ſuam *Violam* ad montana Iudææ, loca cæpis & alliis cõſita. Ibi Zacharias & Elizabeth lacrymis madentes præ deſiderio redemptionis Iſraël; & in aliis lacrymas elicientes, quod cæparum eſt, quæ vel ſola contre-

Digitized by Google

ctatione, ac olfactu lacrymas euocant. Ibi Ioannes vtero etiamnum incluſus, viroſum legis antiquæ, ac natalitii criminis olens allium, expectabat, vt ſuauiore imbueretur odore. Quod factum eſt à *Viola* diuina, qua ingrediente, non ipſa tantum cæpit eſſe fragrãtior. Nam quæ inter ſuos, ex maligna ſuſpicione, male audire cæperat; in montanis, vt DEI Mater fuit habita, & agnita rerum Domina. Verum etiam, ô rem mirandam! putidum allii, cæparumque odorem abſtulit. Nam impleuit totam domum odore ſui vnguenti: à Zacharia, & Elizabetha lacrymas abſterſit. à Ioanne, quicquid ab originis culpa fætidum, diſſipauit, illumque fra-

fragrantia donorum cæleſtium imbuit. Siquidem, *vt audiuit vocem ſalutationis Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta eſt ſpiritu-ſancto Elizabeth.* Vides cauſſam trãſferendi ſuam *Violam* Hortulano cæleſti fuiſſe, vt fragrantior eſſet.

Violaceus color eſt laborantium.

FINEM alium habuit ipſa, quæ abiit *cum feſtinatione* in montana, quem ſuggerit *Viola.* Eum vt percipiant omnes, eſt enim (ni me fallat ingenii fætus, ceu vteri ſui ſimiam) ſuauiſſimæ contemplationis: dabitis mihi, quod negabit nemo eruditorum. Vt in alto, Aurora, laborantium eſt ſymbolum, quippe tuba, & tympanum, quo, ſine ſono, ad operandum excitantur mortales,

Aurora tuba operantium.

les, eatenus inter plumas ſe-
ulti. Audi cantillantem Poë-
am.

Aurora in terra miſeris mortalibus almam, *Æneid. XI.*
Extulerat lucē referens opera & labores.

Ita in imo operantium eſſe
ieroglyphicũ, *Violam.* Quod
nim cotidie facit *Aurora* : id
rimo anni tempore facit *Vio-* *Viola laborantiũ tympanũ.*
: vtraque enim comparente,
to ſiliunt agricolæ cum ra-
ris & ſe accingunt ad ruſtica-
onem: opifices ad officinæ o-
era: famuli, ancillæque ad
omeſtica miniſteria. An for-
aſſe idcirco, *Violaceus* color
ſt ſtrenuè laborantium? Cur *Violaceus color Epiſcoporũ.*
nim putatis inter tot colo-
um diſcrimina, *Violaceum* ad-
ignatum eſſe in Eccleſia, Præ-
atis omnibus clericis, ſi à ſum-
mo

mo Pontifice, qui Chriſtu
refert, diſcedas: cuius tam
domeſtici omnes in *Violac*
ſunt conſpicui: ſicut etiam
tranſmontanis, & tranſmar
nis partibus, multiſque Ge
maniæ, Archiepiſcopi, Epiſc
pi, & inferiores alii infula
Ioan Godefridus Epiſcop. Bamberg. & Herbipol. Præſules. Quo cultu ornatu
vidit, ante annos aliquot, Fr
conia, ex Italia reducem *Ioa*
nem Godefridũ immortalis me
moriæ Epiſcopum. Certe hũ
Cauſſa. colorem iis attributum ſuſp
cari licet ob ſacram ſignifica
tionem, vt quoties togæ ſu
Violam intuentur, meminerin
ſe cooperatores eſſe Chriſt
ſtrenue laborandum in vine
Domini: cotidie, dum ſe *Viol*
cea ornant, oriri ſibi, vt in ver
Violam, quæ ruſticandum eſſ
ſe

ſed in agro dominico commo-
nefaciat.

An fortaſſe ob ſimilē cauſ-
ſam, dum Theologiæ Docto-
res inaugurantur, ipſorum ca-
piti pileus *Violaceus* imponi-
tur? ſunt enim ipſi Eccleſiæ
Antiſtitum adiuuæ ac colla-
boratores. Quare *Viola* mo-
nentur, nō conferri Doctora-
tum ad ociandum, ad liberius
viuendum, ad lautius veſcen-
dum, ad diutius ſtertendum.
Monet *Viola*: ſurgendum illis
citius: laborandum diutius,
veſcendum temperantius, vi-
uendum operoſius, ſtuden-
dum, legendum, ſcribendum
Concionandum: munia omnia
Apoſtolorum peragenda ſtre-
nuè.

Pileus violaceus Doctorū Theologiæ.

An fortaſſe non diſpari in-
tuitu,

Violacea è pomis Medicorum.

tuitu, Medicinæ Doctores,
die ſolennitatis ſuæ, ornant
humeros epomide, tanqua
paludamento, *violaceâ*? N
potuiſſet ſane eligi color
iſtius diſciplinæ cultores e
ſtimulãdos accommodatic
Significatione enim abdita
auriculam inſuſurrat *Viola*, d
bere eſſe, qui ſe geſtet ad op
ra & labores expeditiſſimur
An huc forſaſſe etiam r
ſpexit Eccleſia, à qua decr
tum, vt laborioſis peregrin
tionum, proceſſionum, ac ſu
plicationum diebus. Item,
tisfactionum tempore, qua
eſt Quadrageſimæ, ac A
uentus Domini, in quib
templa frequentius viſita
tur, ornatus ſacerdotum, re
quorumq; miniſtrorum, in
& a

z altariũ ſit *violaceus?* Quem
unc quoque capiunt, exuta
ɔlẽdidiore purpura Eccleſiæ
rincipes Cardinales. Tam
imirum propria eſt laborio-
ıs profectiones ſuſcipienti-
ıus *viola*.

I A M quis fuit finis viſitan- *Finis viſitantis Virginis.*
is agnatam Mariæ? Is ipſe,
uius ſymbolum eſt *Viola*.
'uerat hactenus virguncula
nclusa conclaui, ſolitaria,
uieti vacans, & contempla-
ioni cæleſtium: audit indige-
e opera ſua anum ſanguine
unctam, interrumpit illico
uietem, linquit ocium, me-
litatiunculas ſęponit, ſuaui-
atem ſolitudinis ſpernit: ad
ter ſe accingit: feſtinat: tendit
ad montana. Cur non accla-
mamus, *Quæ eſt iſta, quæ progre-
ditur*,

ditur, quaſi Aurora conſurgens: aut, voculâ mutatâ: Quaſi *viola* caput exerens ad labores ſe, & proximi vtilitati deſeruiendum excitans.

Cant. VI.

Finis ſcelerati Viſitantiũ.

HVNC fuiſſe finem ſacræ viſitationis ſum certus, non quem tu habere ſoles, dum vel abis in montanã, vel per valles & monticulos diſcurris, vel hortos inuiſis, vt *corones te roſis, antequam marceſcant: vt nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria tua: vt nemo exors ſit luxuriæ tuæ: vt vbique relinquas ſigna lætitiæ.* Vel dum merito ſuſpectas domos frequentas, quamuis Eccleſiaſticus, quãuis ſacra vnctione delibutus; vt impudice loquaris, improbe proceris, laſciue geſticuleris: horrenda & nefanda exequa-

ıaris. Vel dum amicos adire
nulans, ad tabernam diuer-
;, vt vino, aleâ, blaſphemiis
uinam omnipotentis vindi-
ım, non in te tantum, ſed
tam rempublicam prouo-
s. Vel, dũ omni pudore ex-
o, perfricta fronte, ſcelera-
auſu, in cõſpectu ſolis huius,
ſpectante tota vicinia, vi-
:nte Moſe, & omni turba fi-
)rum Iſrael ingrederis, per
eciem viſitationis, ad Ma-
anitidem, cui fortunas, cor-
ıs, animam. quid hæc minu-
attingo? cui Deum ipſum
)ſtponis: citius hunc, quam
)luptatulas tuas deſerturus:
ho pro his illum venditurus.
)iſperdet te Devs, ſcelera-
:, & tecum complices omnes
ſque ad mingentem ad pa-
rie-

tatur, minus Maria flagrabat. Erat velut *Viola* abſcondita, aut vt inter alios flores: nihil videbatur habere eximium. Imò Ioſeph videns tumeſcentem vtero, neſcio quid ſuſpicabatur. Quid? quod tam obtuſus illi erat odor virginis, vt occulte illam vellet dimittere. Fors & de ea domeſtici murmurabant. Fors nomen eius bonũ per viciniam fætere inceperat. Fors de illa loquebãtur aliqui tanquam de minus probà.

Hieroglyphicũ cæparum & alliorum. Itaque viſum peritiſſimo Hortulano trãsferre ſuam *Violam* ad montana Iudææ, loca cæpis & alliis cõſita. Ibi Zacharias & Elizabeth lacrymis madentes præ deſiderio redemptionis Iſraël; & in aliis lacrymas elicientes, quod cæparum eſt, quæ vel ſola contre-

ctatione, ac olfactu lacrymas euocant. Ibi Ioannes vterò etiamnum incluſus, viroſum legis antiquæ, ac natalitii criminis olens allium, expectabat, vt ſuauiore imbueretur odore. Quod factum eſt à *Viola* diuina, qua ingrediente, non ipſa tantum cæpit eſſe fragrãtior. Nam quæ inter ſuos, ex maligna ſuſpicione, male audire cæperat; in montanis, vt DEI Mater fuit habita, & agnita rerum Domina. Verum etiam, ô rem mirandam! putidum allii, cæparumque odorem abſtulit. Nam impleuit totam domum odore ſui vnguenti: à Zacharia, & Elizabetha lacrymas abſterſit. à Ioanne, quicquid ab originis culpa fætidum, diſſipauit, illumque fra-

fragrantia donorum cæleſtium imbuit. Siquidem, *vt audiuit vocem ſalutationis Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta eſt ſpiritu-ſancto Elizabeth.* Vides cauſſam trãſferendi ſuam *Violam* Hortulano cæleſti fuiſſe, vt fragrantior eſſet.

Violaceus color eſt laborantium.

FINEM alium habuit ipſa, quæ abiit *cum feſtinatione* in montana, quem ſuggerit *Viola.* Eum vt percipiant omnes, eſt enim (ni me fallat ingenii fætus, ceu vteri ſui ſimiam) ſuauiſſimæ contemplationis: dabitis mihi, quod negabit nemo eruditorum. Vt in alto, Aurora, laborantium eſt ſymbolum, quippe tuba, & tympanum, quo, ſine ſono, ad operandum excitantur mortales,

Aurora tuba operantium.

tales, eatenus inter plumas ſepulti. Audi cantillantem Poëtam,

Aurora in terra miſeris mortalibus almam, *Æneid. XI.*
Extulerat lucē referens opera & labores.

Ita in imo operantium eſſe hieroglyphicū, *Violam*. Quod enim cotidie facit *Aurora*: id primo anni tempore facit *Viola*: vtraque enim comparente, *Viola laborantiū tympanū.* proſiliunt agricolæ cum raſtris & ſe accingunt ad ruſticationem: opifices ad officinæ opera: famuli, ancillæque ad domeſtica miniſteria. An fortaſſe idcirco, *Violaceus* color eſt ſtrenuè laborantium? Cur *Violaceus color Epiſcoporū.* enim putatis inter tot colorum diſcrimina, *Violaceum* adſignatum eſſe in Eccleſia, Prælatis omnibus clericis, ſi à ſummo

mo Pontifice, qui Chriſtu
refert, diſcedas: cuius tam
domeſtici omnes in *Violac*
ſunt conſpicui: ſicut etiam
tranſmontanis, & tranſma
nis partibus, multiſque Ge
maniæ, Archiepiſcopi, Epiſc
pi, & inferiores alii infula
Ioan Godefridus Epiſcop. Bamberg. & Herbipol. Præſules. Quo cultu ornatu
vidit, ante annos aliquot, Fr
conia, ex Italia reducem *Ioa*
nem Godefridũ immortalis m
moriæ Epiſcopum. Certe hi
Cauſſa. colorem iis attributum ſuſp
cari licet ob ſacram ſignific
tionem, vt quoties togæ ſu
Violam intuentur, meminerin
ſe cooperatores eſſe Chriſt
ſtrenue laborandum in vine
Domini: cotidie, dum ſe *Viol*
cea ornant, oriri ſibi, vt in vere
Violam, quæ ruſticandum eſſ
ſe

ſed in agro dominico commonefaciat.

An fortaſſe ob ſimilē cauſſam, dum Theologiæ Doctores inaugurantur, ipſorum capiti pileus *Violaceus* imponitur? ſunt enim ipſi Eccleſiæ Antiſtitum adiuuæ ac collaboratores. Quare *Viola* monentur, nō conferri Doctoratum ad ociandum, ad liberius viuendum, ad lautius veſcendum, ad diutius ſtertendum. Monet *Viola*: ſurgendum illis citius: laborandum diutius, veſcendum temperantius, viuendum operoſius, ſtudendum, legendum, ſcribendum Concionandum: munia omnia Apoſtolorum peragenda ſtrenuè.

Pileus violaceus Doctorū Theologiæ.

An fortaſſe non diſpari intuitu,

Violacea è pomis Medicorum.

tuitu, Medicinæ Doctores, die ſolennitatis ſuæ, ornant humeros epomide, tanqua paludamento, *violaceâ*? N potuiſſet ſane eligi color iſtius diſciplinæ cultores e ſtimulãdos accommodatio Significatione enim abdita auriculam inſuſurrat *Viola*, c bere eſſe, qui ſe geſtet ad op ra & labores expeditiſſimu

An huc forſaſſe etiam r ſpexit Eccleſia, à qua decr tum, vt laborioſis peregrin tionum, proceſſionum, ac ſu plicationum diebus. Item, tisfactionum tempore, qua eſt Quadrageſimæ, ac A uentus Domini, in quib templa frequentius viſita tur, ornatus ſacerdotum, re quorumq; miniſtrorum, in

& a

& altariũ ſit *violaceus?* Quem tunc quoque capiunt, exuta ſplẽdidiore purpura Eccleſiæ Principes Cardinales. Tam nimirum propria eſt laborioſas profectiones ſuſcipientibus *viola.*

IAM quis fuit finis viſitantis agnatam̃ Mariæ? Is ipſe, cuius ſymbolum eſt *Viola*. Fuerat hactenus virguncula incluſa conclaui, ſolitaria, quieti vacans, & contemplationi cæleſtium: audit indigere opera ſua anum ſanguine iunctam, interrumpit illico quietem, linquit ocium, meditatiunculas ſęponit, ſuauitatem ſolitudinis ſpernit: ad iter ſe accingit: feſtinat: tendit ad montana. Cur non acclamamus, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur,* *Finis viſitantis Virginis.*

ditur, quaſi Aurora conſurgens: aut, voculâ mutatâ: Quaſi *viola* caput exerens ad labores ſe, & proximi vtilitati deſeruiendum excitans.

Cant. VI.

Fines ſcelerati Viſitantiũ.

HVNC fuiſſe finem ſacræ viſitationis ſum certus, non quem tu habere ſoles, dum vel abis in montanã, vel per valles & monticulos diſcurris, vel hortos inuiſis, vt *corones te roſis, antequam marceſcant: vt nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria tua: vt nemo exors ſit luxuriæ tuæ: vt vbique relinquas ſigna lætitiæ.* Vel dum merito ſuſpectas domos frequentas, quamuis Eccleſiaſticus, quãuis ſacra vnctione delibutus; vt impudice loquaris, improbe proceris, laſciue geſticuleris: horrenda & nefanda exequa-

quaris. Vel dum amicos adire ſimulans, ad tabernam diuertis, vt vino, aleâ, blaſphemiis diuinam omnipotentis vindictam, non in te tantum, ſed totam rempublicam prouoces. Vel, dũ omni pudore exuto, perfricta fronte, ſcelerato auſu, in cõſpectu ſolis huius, inſpectante tota vicinia, vidente Moſe, & omni turba filiorum Iſrael ingrederis, per ſpeciem viſitationis, ad Madianitidem, cui fortunas, corpus, animam. quid hæc minuta attingo? cui Deum ipſum poſtponis: citius hunc, quam voluptatulas tuas deſerturus: imo pro his illum venditurus. Diſperdet te DEVS, ſcelerate, & tecum complices omnes vſque ad mingentem ad parie-

rietem, ni ſerio vitæ emendationem inſtitueris.

Ad ſeruiendum agnata viſitat B.V.

SED quid hunc lætiſſimum diem infauſta turpiter viſitantium execratione funeſtamus? Cur non potius ad *Violam* cæleſtem oculos animumque reflectimus? quæ vt cognatæ opis indigæ ſeruiret impenſius, quietis ſuæ nulla habita ratione, iter aſperum, & ſat longum violaceo, vt recte, ornatu, violas manu premens, pede calcans violas, violis coronata, VIOLA ipſa ſpecioſiſſima ingreſſa eſt. Quod ab omnibus pene Patribus huius myſterii contemplatoribus eſt adnotatum. Inter quos Virgini deditiſſimus Ildephonſus ſermone V. de Aſſumptione. *Poſtquam*, inquit, *electa eſt à Domino, fæcundata Dei verbo,*

verbo, exurgens de loco per deuia, & abrupta montium veniens, vt deferret amicis actualis vitæ laborioſum officium, Zachariæ vatis ingreditur domum.

Hic finis fuit viſitantis Deiparæ; quam vt tu imiteris, qui te illius cultorem venditas, quotieſcumque domo egrederis ad viſitationis officium appendam tibi nolam, non ad portæ fornicem, ſed ad memoriæ ſedem, extremum auriculæ: quæ magis te ornabit, quã vllius puellæ, licet cultiſſimæ, caput dependens ex aure gẽmeum, prouinciæ integræ precium, monile. Sed nola hæc non erit alia, quam vobis deprædicata *Viola*. Miraris *Violam* dici nolam! Eſt violæ genus, quod nolam, ſeu *Viola Mariana Nola.*

campanulam exprimit forn

Vio'a Mariana forma.

CERTE VIOLÆ MARI
NÆ, & MARIÆ dictæ à Bel
(qui muneri elegantię flor
cauſa, primi dederunt Ma
Hūgaricæ, Viragini illi her
næ bellicis facinoribus, &
cendiis nobilitatæ) noſtrâ
iam memoriâ cultu horte
florum calathis longe ſpec
ſiſſimis, tantam magnitu
nem aſſequuntur, vt, inſtar
licis, aut poculi, bibentib
voluptatis cauſa, vinum c
tineant. Sunt namque n
oblongæ effigie, nonnullis
ciniosis crenis, cęrula hilari
terdum purpuraſcente, int
dum dilutiore, & candican
emergentibus ab imo caly
quibus reflexis, aut elapſi
vtriculi, & florum baſi rapu

tio,aut trachеſio aſſimili clauduntur: triquetra numeroſa ſemina acetoſæ colore & parilitate.

Hanc nolam Violaceam:vel *Violam* nolanam auriculæ appende:&quoties egredi domo paraueris, tanquam tintinnabulum domeſticum paullulũ motita, & attende: inſonabit tibi, quamuis nullo fune tracta:inſonabit ſat alte,ne dubites, vt exaudire poſſis. Caue ne viſites vicinam cauponã: ne conuenias ebrioſos:ne frequentes domum M. Bibuli vomitoris. Ne dum viſitas amicum, intuearis vinum, cum ſplenduerit in vitro color eius:ingredietur enim blande: ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber.

Viola nolana. *Nola violacea.*

Prov. XXIII. 31.

Luca XXI.34. Inſonabit: *Attendite, ne f[...] te grauentur corpora veſtra in cr[...] pula & ebrietate. Væ, qui conſu[...] gitis mane, ad ebrietatem ſecta[...]*
Iſa.V.11. *dam, & potandum, vſque ad v[...] ſperam, vt vino æſtuetis. Væ, q[...] potentes eſtis ad bibendum vinu[...]*
Iſa.V. 22. *& viri fortes ad miſcendam ebr[...] tatem. Cui væ, cuius patri væ, rixæ, cui foueæ, cui ſine cauſſa v[...]*
Prov. XXIII. 29. *nera, cui ſuffuſio oculorum, non his, qui commorantur in vino, ſtudent calicibus epotantis?*

Ad Gal. V.21. Inſonabit: *Manifeſta ſunt [...] pera carnis, quæ ſunt fornica[...] immunditia, diſſenſiones, ebrie[...] tes, comeſſationes, & his ſimi[...] quæ prædico vobis, ſicut prædi[...] quoniam, qui talia agunt regn[...] DEI non conſequentur.* Iteru[...]
1. Cor. VI. 10. *Nolite errare, fratres, neque for[...] carii, neque fures, neque auari, [...]*

que ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.

Eadem *Viola* in nolam conuerſa intonabit, cum pedem in limine habueris. Caue ne viſites illud, quod noſti, contubernium, vnde nuper tot malorum tibi origo. Intonabit, cum iam acceſſeris, cum iam ridenti ore ſalutatus fueris: cum manum, vt te pertrahant, porrexerint: *Fili, ſi te lactauerunt peccatores, ne adquieſcas eis. Si dixerint, veni nobiſcum: marſupium vnum ſit omnium noſtrum; [illegible]i, ne ambules cum eis: probibe pedem tuum à ſemitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt. & feſtinant, vt effundant ſanguinem.* Intonabit, cum occurret *mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas:* Prou.1.

Prov. VII. *garrula, & vaga, quietis impatie*
nec valens in domo conſiſtere pe
bus ſuis: nunc foris, nunc in plat
nunc iuxta angelos inſidians: cu
apprehenſum deoſculabit
dicens, *veni inebriemur vbe*
bus, fruamur cupitis amplexib
donec illuceſcat dies. Intonab
dico, caue viſites, caue ſequ
ris, quaſi bos ductus ad vict
mam, & quaſi agnus laſciu
ens. An ignoras, quod a
vincula ſtultus traharis, d
nec transfigat ſagitta iec
tuum? Cur, velut auis, feſtin
ad laqueum? Neſcis, quod c
periculo animæ tuæ agatu
Ne attrahatur in viis illius me
tua, neque decipiaris ſemitis eiu
Multos enim vulneratos deiecit, e
fortiſſimi quique interfecti ſunt a
ea. Quid illam viſites? *Via in*
fer

ferì domus eius penetrantes in inferiora mortis.

Eadem *Viola* tinniet ad auriculam. Viſita miniſterio tuo egentes amicos: adi detentos vinculis in carcere: frequenta domum ærumnoſorum: *Melius eſt enim ire ad domum luctus, quam conuiuij.* Viſita, quod ſodalis Mariani eſt munus, Xenodochium: ibi opera pietatis exerce: ibi miſericordiæ officium exequere: ibi liberalitatem tuam oſtende: inuenies ibi Zachariam elinguem, Elizabetham ſterilem, Ioannem ſalutationis tuæ auidum. Ibi te *Violam* exhibe, quod fecit in domo cognatæ ſuæ Maria, non tantum *Conſolatio afflictorum*, ſed & *Salus infirmorum.* *Viſitationes proborum ſodalium.*

VIOLA, vt auctor eſt Plinius, *Viola me-*

detur gutturi oculis Vulneratis. Angina Epiphora Suppuratio.

nius, valet contra anginas, oculorum priuatim epiph ras, & ſuppurationes. An næ, vt notum eſt, vocem int cludunt, & gutturis præc ſionem minantur. Epipho vocant Medici aſſiduas oc lorum delacrymationes, cu humoris continuò defluen acrimonia oculos angit. Su purationes vlceroſum corp efficiunt. Sunt autem vlce multo pure turgida.

Ioannis in matris ventre vlceroſus.

ATQVE vehinc potiſſim exordiar. Paruulus Ioanne nondum Ioannes, Grati DEI, qua necdum donatu ſed maſſula carnis, in vter matris, totus erat vlceroſu tot vlceribus obſitus, quo ſunt plagæ, quibus natura hu mana natalitii criminis dem

rit

rito deformata eſt. Erat enim & Ioannes, vt omnes ab Adamo poſteri, iræ filius ob originale peccatum. Plagas acceperat, morbo conflictabatur communi. Vlcera pure plena erant in illo, fomes peccati, ignorantia, infirmitas, concupiſcentia. Quot ſuppurationes, & quam horridæ? Elizabetha vero, perpetuo lacrymas fundebat, ob ſterilitatem nõ tam ſuam, quam Synagogæ, quæ vterum eatenus conclusum, vt Meſſiam effundere non poſſe videretur, habuerat, ſibi temperare non poterat á lacrymis amantiſſima gentis ſuæ matrona; dixiſſes laborare oculorum epiphoris. Zachariæ autem conſtrinxerat fauces infidelitas; periculoſe angina torque-

batur: ne verbum quidem ef-
fari poterat: præcluſus erat
ſpiritui aditus. Angebatur bo-
nus ſenex.

Maria tollit ſuppurationes. Epiphoras. Anginam.

AT quodnam erit tot mor-
bis remedium. VIOLA MA-
RIA. Qua in valetudinarium
hoc delata, euanuerunt ſup-
purationes Ioannis: deſierunt
epiphoræ Elizabethæ: diſſipa-
ta eſt angina Zachariæ. *Vt au-
diuit vocem ſalutationis Mariæ E-
lizabeth, exultauit infans in vtero
eius.* En ſanatum paruulum. Et
repleta eſt Spiritu Sancto Eli-
zabeth. En recreatam vetu-
lam. Et apertum eſt deinde os
Zachariæ. En curatum ſenem.

A viola Mariana petendum remedium.

NOS igitur etiam, quorum
animos fædius peccatorũ vi-
rus, quam corpus ſuppuratio-
nes inficiunt: quibus perpetuæ
errorum diſtillationes oculos

mentis exedunt, & ignorantiæ epiphoræ excæcant: quorum fauces, dum ſalutaris eſt inſtituenda peccatorum confeſſio, angina conſtringi videntur, & guttur pene elidi, ad *Violam* in horto domeſtico ortam accedamus, illam decerpamus, eius foliola, & ſuccum inde expreſſum, pectori, faucibus, oculis applicemus: id eſt, MARIAM Patronam, & Matrem noſtram, dum in hoc miſeriarum ergaſtulo, tanquam communi orbis valetudinario, agimus, quotidie caſta prece conueniamus: illi pro ſanitate corporis & animi ſupplicemus: illius patrocinium in omnibus neceſſitatibus pertinaciſſime imploremus. MARIAM tanquam *Violam*, & quidem *Violam*

Trinitatis , quomodo quandam vocari tradunt hortulani, ob triplicem colorem, qui illi cum iride eſt communis. In Maria eſt Humilitas, Caſtitas, Maternitas, color violaceus, purpureus, aureus: itaque *Violam Trinitatis*, deſiderii inflammatiſſimi, & amoris inteſiſſimi dextera decerpamus. Illius folia, quæ eadem ſunt fructus, hoc eſt, virtutum decora, indeque per meditationes aſſiduas expreſſum imitationis ſuccum pectori, faucibus, oculis, hoc eſt, cordis, oris, operis officiis applicemus: totumque corpus & animam illinamus: nempe, eam ipſam cogitatu, verbo, facto exprimamus, facile euaneſcent ſuppurationes criminum: deſinent ocu-

oculos intellectus infeſtare errorum epiphoræ: diſſipabitur fauces conſtringere ſolita verecundiæ & obſtinationis angina. Sic Viola Mariana curati, imo, in Violam Trinitatis conuerſi, triplici ſplendentes colore, omnes, qui ſumus boni Sodales, illuſtriſſimi ſimul, ac Sereniſſimi Patrem placabimus violaceo humilitatis, Filio placebimus, purpureo caſtitatis, ſpiritui nos probabimus, aureo caritatis Annue Pater, approba Fili, adfla diuine ſpiritus, Tuque Lilio candidior, Viola formoſior Trinitatis VIOLA MARIA.

ILLVD minimè erat omittendum: Semen *Violæ* ſcorpionibus aduerſari. Quod habet Plinius. Quid deſideretur ex- *Semen Violæ Scorpionibus aduerſatur.*

preſſius ad comprobandum in Theologiâ Symbolicâ, *Deiparam* eſſe *violam*? Primum illius, & à Deo concinnatum excomiũ fuit, *Inimicitias ponã inter te*, ſcorpio, *& mulierem*, inter mulieres benedictam: *& ſemen tuum, ac ſemen illius, ipſa cõteret*, & ipſum conteret, *caput tuum*. Nullum ſemen *Violæ* magis aduerſatur ſcorpioni, & veneno, quam ſemen Mulieris benedictæ, IESVS, ſcorpioni infernali, & eius toxico, peccatis.

Ioannes in vtero matris peccato originali obnoxius.

EXPERTVS id eſt, ſi quis alius, Ioannes hodie, qui ictus à Scorpio, cuius cauda venenatum virus in omnem Adami poſtumam prolem traiecerat, in vtero Elizabethæ palpitans, virulenta Serpentis antiqui lue

lue marcidus, originali tremēs peſte, *Vt audiuit vocem ſalutationis Mariæ*, ſemine violaceo fætæ, exultauit: id eſt, ſaltu ſe perſanatum plenè oſtendit. An-non acclamemus huic cæleſti *Violæ*, quod habet Alcuinus, ſermone de natiuitate Virginis: *Tū bellatrix egregia primo eum, qui primus Heuam ſupplantauit, expugnare viriliter aggreſſa es.* Verum, facillimum id tibi fuit: Cum ſemē *Violæ* ſcorpioni, vt vita morti aduerſetur, Maria Satanæ, Chriſtus peccato. Vis & tu, Mariane, ſcorpionibus eſſe horrori tartareis, nec eorum infici afflatu? ad *Violam* te confer, quam colis, eiuſque ſemine, te, frequenter Sacram adeundo ſynaxim, paſce: nihil contra vene-

nena-

nenatam criminum,&ſerpentis antiqui infectionem efficacius.

Morbo Comitiali medetur.

ADHÆC, *Violarum* purpuram mederi morbis comitialibus,idem naturalium ſcriptor teſtatur. Laborabat morbo comitiali,non Ioannes minus, quam tota Adami poſteritas, malo à capite in totum genus humanum deriuato. Quid enim aliud dixerim peccatum natalitium originis, quam morbum, quem rectè voces comitialem, quia comitia, cõuentuſque inter Deum ac homines,in ſtatu innocentiæ celebrari ſolitos vitiauit,ac ſuſtulit: verè morbus ſacer, eâ denominatione, quâ *Auri ſacra fames*:id eſt ſcelerata: nam ſcelerum eſt origo omnium. Verè mor-

Peccatum originale morbus Comitialis.

morbus maior, propter grauitatem: quia ſubito hominem deijcit, omni ſe mouendi poteſtate ſublata. Vere morbus diuinus. Quomodo Plato, & Apuleius comitialē vocant: quia animæ partem rationalē, diuinitatis participem inuaſit, ac deformauit magis, quam comitialis ſoleat. Vere morb. Herculeus, quem nullus, quãuis Hercule fortior, quamuis reliquorum domitor mõſtrorum, euadit. Vera Epilepſia, quoniam ſenſus omnes interiores ac potentias animæ cõprehendit, ac vincit: vt eo correpti à mortuis non differant. Adfert enim præſentaneam animæ mortem. *In quacumque die comederis ex ea, morte morieris.* *Epilepſia.*

QVOD

Ioannes à morbo comitiali liberatus.

QVOD remedium tam abominabili morbo? *Viola* in ſemine, ſemen *Violæ*, aut eius purpura: nimirum *Mariæ* ſanctitas, ſed quæ à Filio. Hæc, vt Ioanni eſt facta propinquior, cum iaceret ſine ſenſu, ſine motu, ſine vitali ſpiritu: quippe originario crimine, vt morbo comitiali, ac epileptico deiectus, & ſpumans, *Vt audiuit vocem ſalutationis Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius*: illico diſſipata morbi violentiâ, ſibi eſt reſtitutus. Hoc eſt, quod ſimpliciſſime dicunt Theologi, Ioannem ad præſentiam Mariæ verbo diuino grauidæ, ſanctificatione præproperâ liberatum fuiſſe à peccato originis.

HABET aliquid amplius *Viola*,

Viola, quod Ioannem quoque ſenſiſſe crediderim. *Crapulam, & grauedines capitis, impoſitis coronis, olfactuque diſcutiunt Violæ* inquit Plinius. Sed quod crapulam arcet prius æſtum capitis, à vino inductum temperat. Ad hoc plurimum faciunt *purpureæ Violæ*, quæ, vt Medici aſſerunt, *refrigerant; & contra inflammationes illinuntur ſtomacho ardenti: imponuntur & capiti in fronte.* ***Viola crapulam diſcutit.***

Sumus omnes, peccati à primo noſtro capite Adamo deriuati, ſæuitiâ, velut crapulati à vino, ebrij felle draconis, & vino aſpidum, antequam nati. Hinc in pueris, imo maiuſculis, & adoleſcentibus grauedo capitis: id eſt, principis illius in homine partis, ***Crapulati à vino mortales.***

tis,

tis,quæ mens, ratio, aut intellectus dicitur, obnubilatio, ſtupor, ignorantia: hinc etiam flamma illa in hominibus aſſiduè ardens cupiditatum, & libidinis. Verum à Ioanne grauedinem æque, ac eius cauſſam, crapulam, & huius effectum, ignorantiam, diſſipauit illico, vel vnius olfactus *Violæ*. Siquidem, quam primum Viola MARIA dedit odorem ſuauitatis in domo Elizabeth non ſolum fetor omnis peccati in Ioanne fuit emendatus: ſed illuminatus quoque eius intellectus, & acceleratus rationis vſus. *Vt audita eſt vox ſalutationis Mariæ exultauit infans in vtero*. Quomodo exultauit? ſine capitis grauedine, diſcuſſa intellectus crapulâ, obnubilatione

tione mentis diſſipata. Quis enim ad numeros exultare, ac ſaltare vidit vnquam bene vino ſopitum: qui nec pedibus poteſt conſiſtere.

HINC in Ioanne, tanta intellectus perſpicacia, vt ante diuina nouerit ac poſſederit, quam ſortiretur humana: ante cælum ſciuerit, quam terram tangeret, ante nunciaret futura, quam videret præſentia. Hinc ille viuidus ſenſus: vt ante inceperit ſentire, quam viuere. Hinc illa leuitas, ablata per *Violam* grauedine, vt ventris conſtrictus anguſtiis, pedunculos totumque corpus mouere potuerit ad numerum. Tanta vis eſt in olfactu ſolo cæleſtis *Violæ*. *In Ioanne vſus rationis.*

OPTAS & Tu, Mariane, libera-

berari, à morbis tot adfectuum, perturbationum, criminum, comitialibus, quibus premeris, & qui te ad terram toties, magis fædum in modum, quam epilepticos, deiiciunt, & ſpumas blaſphemiarum ore ſpurco agere faciunt? deſideras grauedinem capitis, ſtuporẽ intellectus, ignorantiam ſalutarium, errorem depreſſæ ad ima mentis diſcutere? expetis, non temperare tantum, ſed penitus extinguere, æſtum libidinis, flammam cupiditatis, incendium, quod ſuſcitat Leuiathan. Ex *Viola* Mariana corollam plecte, eius virtutibus variis, tanquam *Violis*, filo caritatis nexis, hanc peraſſiduam conſiderationẽ capiti impone, per affectum amoris

moris pectori applica: eius ſucco ſtomachum illine, imo in ſuccum tuum conuerte, ſanaberis.

NOTÆ.

VIOLA *floſculus eſt purpurei coloris, cuius planta folium habet hederæ non diſsimile, nigrius tamen & tenuius. Cauliculum autem à media radice proſilientem florem ferentem purpureum. Sunt etiam* Violæ *luteæ, cæruleæ, albæ. quas omnes Græci, λευκοΐου nomine complectuntur.*

Matthias de Lobel Inſulanus in Hiſtoria ſtirpium violæ formam exhibet, & varietatem.

Eſt Viola MATRONALIS, *&* DAMASCENA, Viola *alba Tragi: quæ eſt ſuauiſsimi odoris, Tuſsi medetur conuulſis, & difficulter ſpirantibus. Vrinas & ſudores propellit, incidit, abſtergit digerit.*

VIOLA MARTIA. Ital. Viola mammola, viola porporea. *Dioſcoridi refrigerandi naturam habet, Folia per ſe & ex*

& ex polenta illinuntur aptiſſime ſtomacho æſtuanti, & oculorum inflammationibus, ſedique procidenti. Inflammationē, tenſionem ac dolorem lenit. Semen calculos veſicæ comminuit: vrinas ciet: exſiccare, vti plantaginis, creditur.

Mesve. Violæ *refrigerant, & humectant ordine primo, cum tamen ſiccæ minus refrigerent, & minus humectent. Humiditas, quæ ſuperflua recentibus ineſt: aluum emolliendo ciet. Verum areſactæ deiectoriæ ſunt facultatis: non quod emolliant, ſed quod diſſoluant. Violæ in ſummo ſoporiferæ ſunt, refrigerant, capitis dolores mulcent, inflammationes extingunt, leniunt, & ſoluunt: bilem educunt, eiuſque feruorem mitigant. Conferunt capitis doloribus, quos caliditas excitauerit. Pectoris & aſperæ arteriæ ſcabritiem leniunt Medetur anginis, & columellæ vitiis. Præcipuo autem ſunt auxilio pectori, & lateris inflammationibus ſitimque arcent. At quæ ſiccæ ſunt iecoris obſtructiones reſerant, inflammationes diſcutiunt, & morbo regio laborantibus opitulantur.*

Viola

VIOLA FLAMMEA *coloria. Herba Trinitatis Fuſch. à triplici floris colore. Iacea, ſiue flos Trinitatis Matthiol.* Viola tricolor. *Non ſequus ac Viola martia guſtu ſubacris, tenuis ſubſtantiæ, & incidentis facultatis, non ſine humido abſtergente, cuius beneficio craſſa pituita, citra exſiccationem & calorē inciditur, abſtergitur, & facilius educitur. Ideo nuperis ad aſthma, peripneumonias, febres, conuulſos, epilepſias materiam propellendo.*

Pruritus, pſoram & cutis vitia emendat. Vlcera quodam Symphyti lentore conglutinat.

In aduerſariis nouis ſtirpium Penna, & Lobelij, Titulo, ἴον πορφυροῦν *Viola purpurea;* Blaw Veiel / oder Mertzen Violen.

Vt fere prima ortu ſic in prima commendatione vtilitatis, & delitiis inter vernos flores Viola *purpurea, ſic Græcis vocata ab Io vacca fabuloſa, cui pabulo hæc fuerit. Nibil frequentius & vſitatius vbiuis gentium tum officinis, tum plebeis commodis toto vertente anno foliorum virentium, vere præſertim. Eximia namque fragran-*

tia blandiuntur, quæ ſaturiore purpura nigra lucent. Flores albæ quippe vbique etiam vulgatiores nullo, aut ſane languido placent odore, ad cordiales conditura, ſirupoſque & catharticas decerpuntur, vſurpantur, aut ſiccati vmbra ſeruantur. Nullibi Europæ cultu luculentiores magnitudine, fragrantia colore, & prouentu viſuntur, quam Antuuerpiæ officinis, quibus parant cæruleum violaceum, ſirupum ex pluribus infuſis ſaccharo addito, ſoli viginti aut triginta diebus expoſitis. Angliæ horti delitiis ædiumque ornamentis; & olfactoriolis alunt. Sed ſemine caſſam, orbamque fecit hanc duplicem vocatam Violam florum luxus, fraudato ſeminis genio. Etenim ſi rurſum negligatur, nec frequentius transplantetur ad ingenium redit, ſiliquoſaque & fæcunda ſeminis albi, rotundi, puſilli, miliacei, mollioris, medulloſi ad purgandum vtile, ſed calcr loſis vtiliſſimum.

Quemadmodũ loci & frequentis tranſmotionis occaſione flores maiores coloratiores & ſemina nulla edit: ſic in nemoroſis, vmbroſis frigidarum regionum, qualis

An-

Anglia, Belgium, vel calidiorum montibus arduis, ſicuti Veganij, & alij Narbonenſes montes ramoſos cauliculos emittit, ſeſquipalmares, teneros: & ex interuallis, folia oblongiora altius ſerrata, ſiliquaſque in tres fiſſuras dehiſcentes longiores, flores concolores, inodoros: non nihil tota ortu & poſitu Violam flammeam imitata. Neque tamen ſpecie, aut natura diuerſa à Martia.

FLAMMEA Viola *coloria, calida ſiccioribus hortis pratiſque ſiticuloſis eſt admodum ſimilis* Vi[illegible]æ *fruticoſa: ſed anguſtioribus, longioribus, lacinioſisque folijs: Caulibus quadratis, tenellis, ſucculentis, reptantibus: florum tricolori variegati elegantia, & magnitudine Violæ Martiæ æmula. Sedula etiam cultura opera, nitidiore, bicolore purpura, candore immixto, intermicant flammeis violaceiſque foliolis quinis & quaternis, guſtu ſubacris tota eſt.*

PLINIVS *Lib.* XXI. *Cap.* V I. *Violis honor proximus, (loquutus fuerat de* lilio.) *Earum plura genera. Purpureæ, luteæ*

 albæ:

albæ:plantis omnes, vt olus ſatæ. Ex ijs vero, quæ ſponte, opacis, & macris locis prægueniunt : purpureæ latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeunt: ſolæque Græco nomine à cæteris diſcernuntur: appellatæ IA Vt ab ijs anthina veſtis, ſed ſatiuis maxima auctoritas luteis. Genera ijs Tuſculana, & quæ marina appellatur : folio aliquantum latiore; ſed minus odorato. In totum vero, ſine odore, minutoq; folio calathiana, munus autumni; cetera, veris.

Eodem libr. Capit. XIX. De Violæ medicina, Violæ ſylueſtres ſunt & ſatiuæ. Purpureæ refrigerant. Contra inflammationes illinuntur ſtomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte. Oculorum priuatim epiphoris: & ſede procidente vuluave. Et contra ſuppurationes. Crapulam & grauedines capitis, impoſitis coronis, olfactuque diſcutiunt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureum ex ijs comitialibus medetur : maxime pueris in aqua potum. Semen Violæ ſcorpionibus aduerſatur. Contra flos albæ ſuppurata aperit, ipſa diſcutit. Et alba autem & lutea extenuant men-

menſtrua. Vrinam cient. Minor vis eſt recentibus: idtoque aridis poſt annum vtendum. Lutea dimidio cyatho in aqua trib. menſes trahit. Radices eius cum aceto illitæ ſedant lyenem. Item, podagram, oculorum inflammationes cum myrrha & croco. Folia cum melle purgant capitis vlcera. Cum cera, rimas ſedis: & quæ in humidis ſunt. Ex aceto vero collectiones ſanant.

CANTICORVM II. I. Ego flos campi & Lilium conuallium. *Hebraice* ſuſana שושנה. *Delrius putat deceptum à Rab: Kimchi Guidacerium, & alios, qui* Violam *vertunt. Recentior quidam, à barbaris, inquit,* ſuſana Violam *Vocari.*

Ex Viola, *vt Humilitatis hieroglyphico format ſymbolum Camerarius* LXXIII.um.

Violæ *primi gratiſſimi floſculi vernales hinc inde humi ſerpentes, & in locis humilibus ad radices montium libenter creſcentes odore ſuaui ac bene olenti, ab omnibus expetuntur. Contra montes etiam altiſſimi, ſæpe ob aſperitatem, & altitudi-*

nem remanent ſteriles paruumque vſum præbent hominibus. Vnde S. Petrus in ſua Epiſt. 1. Cap. vlt. monet, vt humilitatem animo infixam habeamus propterea, quod DEVS ſuperbis reſiſtat, humilibus det gratiam.

Chilon Lacedæmonius interrogatus, quid in Cælo ageret DEVS? Alta, *inquit,* deprimit & humilia extollit. *Vel vt Herodotus loquitur:* ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα κολούει. *Quod inſuper Poëta Lyricus cecinit ex Heſiodo, & Xenophonte 5.* ἑλληνικῶν *translatum.*

—— Valet ima ſummis
Mutare & inſignem attenuat DEVS
Obſcura premens.

Et alibi.

Vim temperatam Dij quoque prouehunt
In maius: ijdem odere vires:
Omne nefas animo mouentes.

Heſiodi quoque inſignis eſt locus initio Lib. 1. Ἔργων

Facile

Facile extollit, facile vero elatum deprimit.

Facile inſignem minuit: & obſcurum auget.

Ρ᾽εῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει

Ρεῖα δ᾽ ἀρίζηλον μινύει καὶ ἄδηλον ἀέξει.



Ut florem in partes girat Sol pravius omnes
A Jesu-trahitur virgo parensq; suo.

Digitized by Google

ORATIO IV.

MARIA

In Aſſumptione

HELIOTROPIVM.

Ego dilecto meo: & ad me conuerſio eius. Cantic. VII. 10.

INTER flores myſticos, qui Hortum Marianũ exornant, ſuis diſtinctos areolis, eſt HELIOTROPIVM, ſeu, *Flos ſolaris*, ſic dictus quod ſe cum ſole circumagat. Solis ortum mane ſpectat: & eius iter, tam certo ſequitur, ad occaſum, tramite, vt ad eum ſemper cõuertatur: cum eodem oriatur, cum eodem occi-

Heliotropium.

Flos ſolaris.

occidat, cum eodem rediui-uus exſurgat. Poſſet-ne fingi illuſtrius ſymbolum ad DEIPARAM in omni quidem vita; ſed in eius potiſſimum extremo actu, & poſt illum, in Aſſumptione repræſentandã? itaque hoc agamus. & quam hactenus, vt ROSAM, LILIVM & VIOLAM, eandẽ, hodierna
I. *Cantatur.* feſtiuitate, vt HELIOTROPIVM cõteplemur: illud frequẽter ingeminantem: *Ego Dilecto meo: & ad me conuerſio eius.*

Heliotropium mane ſpectat ſolis ortum. MIRANDVM eſt, inquit Latinorum eruditiſſimus Varro, quod ſit in floribus, quos vocant *Heliotropia*, quod ſolis ortum mane ſpectant. Id omnes admiramur in Deipara: & eſt tam admirandum, vt quibuſdam videatur etiamnum, poſt lon-

longiſſimam concertationem incredibile. Nos in ortu noſtro, id eſt, prima conceptione, dum luci orimur, eatenus in nihili tenebris latitantes, or. cum ſpectamus, auerſi à ſole: concipimur enim in peccato, iræ filii, & tenebrarum. Vna fuit, poſt homines natos, & ſola inter homines, quos puros vocamus: hoc eſt, tantum homines: nam Chriſtus Homo, fuit & DEVS, Θεάνθρωπος, vna Maria, quæ primo ſtatim mane ſui conceptus, vt *Heliotropium*, ſolem ſpectauit. Non ab omni ſolũ pecati macula immunis, ideoque in Deum conuerſa: verum etiam, vſu rationis pollens, & amore flagrans: vt iam tunc diceret: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

Homines in ortu ortum ſpectant.

Deipara in conceptione rationis vſu donata.

SVM enim in ea ſententia, Deiparam in aluo materna, primo conceptionis exordio, rationis illuſtratam face, & iuſtitiæ radiis perfuſam, illius vſum habuiſſe tum virtutibus donatam præclariſſimis, ad ſanctificationem ſe adultorũ more, diſpoſuiſſe, ac proinde ad Deum, iuſtitiæ ſolem, ſpõte ſe conuertiſſe: & ita, cum ſanctificatione perfecta, diuini Spiritus chariſmata omnia, punctulo illo fuiſſe conſequutam, obuerſa ſemper in ſolem ſuum facie, diuina contemplantem.

Ioannes Baptiſta rationis vſu pollens in vtero.

NAM, vt argumentatur Virginis laudator eximius, Dionyſius Carthuſianus: *Si Ioannes adhuc in vtero matris Chriſtum cognouit, & exultauit, vſu*

vſu rationis miraculoſe prauentus: Cur non amantiſſima Dei , quæ à nullo illuſtrium vincitur, imo ſuperat uniuerſos, credatur, ex ſupernaturali illuminatione, ante ſolitum tempus, vſu rationis frequenter prauenta, & ante coætaneas ſuas aſſiduum, & completum rationis vſum ſortita? Argumentum ſumit Dionyſius à Ioannis priuilegio. haud male. Si quidem, vt ſcribit D. Bernardus: *Quod vel paucis mortalium conſtat eſſe collatum, fas certe non eſt ſuſpicari, tanta virgini fuiſſe negatum.*

Dion. Carth. lib. de laudib. B V. Art. XII.

Epiſtola CLXXIV.

QVAM autem fuerit perfecta, hæc ad ſolem Iuſtitiæ conuerſio, licet inde colligere, quod doceant Scholaſticæ Theologiæ Magiſtri, qui omnia ad viuum reſecant, Pa-

Maria in prima ſanctificatione omnibus donata virtutibus.

Suaſer. Tom.2. in 3.P.D. IV. Sect. 2. Vaſquez. 3.P.D. CXIX. cap.2. & 3.

tronæ noſtræ in prima ſanctificatione ſua, præter gratiam ſanctificantem, conceſſas fuiſſe virtutes omnes, tũ Theologicas tum morales, ſiue ſuapte naturâ infuſas, ſiue per ſe adquiſitas: dona quoque ſpiritus Sancti vniuerſa. De conuerſione vero per contemplationem, ita ſcribit D. Bernardinus.

Tom.1. ſerm. LXI. Arg. III. cap.3.

Ad tantam contemplationem ſublimata eſt Virgo, vt perfectius, etiam in ventre matris, contemplaretur Deum, quam vnquã fuit contemplatus aliquis in perfectâ ætate. An non vere dicere potuit primo conceptus momento: *Ego Dilecto meo: & ad me cõuerſio eius!* En *Heliotropium* primo mane ad ſolem ſe conuertentem.

IDEM

IDEM facit *Heliotropium* toto deinde die. Examina diem omnem vitæ Virgineæ, percurre horas, luſtra quadrantes, momenta excute: Semper illam ſoli obuerſam inuenies. In Natiuitate *Heliotropium*, in Præſentatione *Heliotropium*, in Annunciatione, in Purificatione, in omni actione *Heliotropium*. Nihil enim vnquam dixit, fecit, cogitauit, quod nō ad Deum, tanquam auctorem retulerit: quod non in illum, vt finem vltimum, reuocarit: quod nō ad eiuſdem obſequium inceperit: & in eius gloriā finierit: deinde in quo non Filium, verum illum ſolem fuerit imitata. Hoc eſt eſſe *Heliotropium*. *Maria Virgo ſemper ſoli obuerſa.*

QVID autem nos? Flores ſumus. *Homo flos*

terram ſpectans. ſumus. *Homo quaſi flos, egreditur, & conteritur*: at non ſolis, ſed noctis. Vultum non ad Principem Luminum, ſed tenebrarum obuertimus. Concipimur in peccato, naſcimur cum peccato, viuimus obnoxij peccato: id eſt, ad peccati auctorem vbique reſpicimus. Dum rationis vſu dotamur, & mens, in Deum, per primam rationis operationem, detorquenda eſſet, ab illo auertimus, & in terram reſpicimus, voluptatem adamamus, carnem colimus, cacodæmonem in patronum, ac omnium operum finem eligimus. Quod etiamſi ore nõ profiteamur: factu tamen ita ſe rem habere oſtendimus. Imò & ore, Satanam ſæpius, quam Deum nominando: per illius

illius nomen iurando, peierando, blaſphemando, imprecando, inuocando: nolo dicere, adorando. Quod magi, ſægæ, ſtriges faciunt: à quibus tam libera dicitur eſſe Franconia, quam à feris nemus Othonianum.

Quomodo vixerit Maria poſt Chriſti D. aſcenſionem.

SED his ablegatis, *Matrem* nos noſtram conſideremus & imitatione, quantum poſſumus, exprimamus, in omni quidem vitæ parte, ſed extrema maxime, &, poſt illam, in Aſſumptione ad Cælum *Heliotropium*. Chriſto Domino in Patris regiam reuecto, ea fuit Virginis beatiſſimæ viuendi ratio, vt ſemper ad ſuum ſolē faciem conuerſam habuerit. Magno enim cōſenſu hiſtoriæ eccleſiaſtici ſcriptores adfirmant.

mant. Mariam, inde à Chriſti ortu, Marthæ officioſiſſimæ partes egiſſe: atque in vita actuoſa, plurimum verſatam. Eandem vero, in cælum ſublato filio, à Marthæ negotio, ad ſanctum Magdalenæ ociũ, & contemplatiuam vitam ſe totam conuertiſſe: & huic cæleſti, diuinæq; mentis in Deũ conuerſioni admirando quodam modo vacauiſſe.

Marthæ officium.

Magdalenæ ocium.

Contemplatiua vita in B. V. perfectiſsima.

VNVS id inter ceteros expreſſius in ſuo de Aſſumptione B. V. ſermone protulit Guarricus, qui ita loquitur. *MARIA ſic ſe Martham exhibuit in cura pueri nutriendi: vt nihilominus Mariæ partes exſequuta credatur in ſtudio verbi cognoſcendi. Maxime tamen poſtquam idem filius aſcendit, vbi erat prius. Viſio prorſus*

ſus inexplicabilis gaudij, ſummaque delectationis omnibus, qui diligunt Ieſum, ſed præ omnibus illi, qui genuit Ieſum. Dum viſionem nominat Sanctus Pater, inſinuare videtur, virginem in eam contemplationis altitudinem eleuatam, vt ante mortem, eſſentiam diuinam, ſubducto obſcuritatis velamine, & reuelata facie, obtutu in illam retorto viderit. An non hoc eſt eſſe *Heliotropium*.

QVOD dixi, non vnius eſt Guarrici effatum: ſunt complures alii, tum è veteribus, tum iunioribus Eccleſiæ Doctoribus, qui fidenter adfirmarunt, Virginem Mariam, vitæ mortalis tempore, mentis oculum ita in ſolem iuſtitiæ, dũ diuina contemplaretur, vibraſſe, *B.V. eſſentiam Dei vidit in contemplatione.*

braſſe, vt DEI Eſſentiam clare, ac intuitiue, quemadmodum beati in cælo, viderit.

Viderunt aliqui eſſentiam mortales. CERTE Dionyſius Richelius Carthuſianus, Commentario in Areopagitam de cæleſti hierarchia cap. XVIII. diſſerens de viſionibus, ſeu apparitionibus Dei immediatis, quas aliquibus factas commemorat, ita, vt Dei eſſentiam fuerint intuiti: *Moſes.* *Quamuis* (ait) *hoc de ſolis Moſe & Paulo ita legatur, &* *Paulus.* *comprobetur: alii tamen & aliis ſit conceſſum quis nouit? Imo & de ſupermundiſſima Virgine non æſtimo dubitandum.* Similia habet Tomo I. opuſculo de laudibus virginis, Artic. XII. folio 290. & Tom. II. opuſc. de præconio, & dignitate virginis, Art. XVIII. fol. 202.

Idē

Idē aſſerunt Vbertinus Caſſalius lib. I. Arboris vitæ Crucifixi cap. IX. circa finem. Villa-noua Archiepiſcopus Valentinus, ſermone, de reſurrectione. Ioannes Eckius orat. de B. Maria. Medina in tertiam partem Summæ theologicæ, Quæſt. XXVII. Art. 5. Dominicus Bannez in primā partem ſummæ, Quæſt. XII. Art. XI. Dubio vnico: vbi *citra*, inquit, *omnem temeritatem, imo, magna cum probabilitate, poſſet dici, Beatiſſ. Virginem, vidiſſe diuinam eſſentiam*. Et ratio eſt, quia, vt docte animaduertit Cardinalis Caietanus in tertiā partem ſummę, Quæſt. XXVII. Art. vltimo: Omnis gratia, & prærogatiua, quæ conceſſa eſt ali-

Theologorum conſenſus.

Caſſalius Villa-noua.

Ioan. Eckius.

Do. Bannez.

cui

cui ſancto, concedenda eſt Beatiſſimæ Virgini.

Ioan. Raulinus. Eiuſdem ſententiæ ſunt, Ioannes Raulinus Tomo II. ſermonum de ſanctis, ſermone XLVI. citatque *Linconienſis.* Linconienſem, Lib. IV. Angelicæ hierarchiæ: Henricus Henriquez Lib. III. ſummæ Cap. II. qui *Ioan. Gerſon.* nominat Cancellarium Pariſienſem in Canticum *Magnificat*: *Franc. Suarez.* Franciſcus Suarez Tomo II. in tertiam partem. Quæſt. XXXVIII. Diſput. XIX. Sectione 4. laudans pro eadem Gerſonium, Alphabeto XV. Titulo VIII. & Alphabeto LXXXVIII. Titulo IX. *Ioannes Salas.* Ioannes Salas in primam ſecundæ, Tractatu II. Diſput. X. Se-*Petrus Caniſius.* ctione. 4. Ante hos, Petrus Caniſius, Lib. I. Marialis. Cap. XIII.

XIII. & lib. IV. Cap. 2. Quos ſequuntur recentiſſimi, Iacobus Aluarez de Par. Tomo III. de vita Spirituali Lib. V. Parte III. Cap. 15. & Petrus Antonius Spinellus in Throno Dei Cap. V.

Iacobus Aluarez.

Ant. Spinellus.

His omnibus vetuſtior Rupertus Abbas Tuitienſis Lib. III. in Cantica ad cap. IV. explicans illa: *Oculi tui columbarum:* hunc in modum ſcribit: *Si quiſpiam dixit, & teſte Deo, vel conſcio, non mentiens dixit, raptũ ſe fuiſſe in paradiſum, ſiue, vſque ad tertium cælum. Quanto magis, tu Regina Cælorum, perſæpe cæleſtibus interfuiſti. Quippe, quam & circumſteterunt obſtetricum vice, gloriam Deo concinentes Angeli: & inter hæc didiciſti, vel aſſequuta es aliquid, quod latet, & latere*

Rupert. Ab.

S. Bernardus. *latere nos debet*. Non minus diſerte S.Bernardus, ſermone de B. Virgine, quę habetur Tom. II. operum: *Credendum eſt*, ait
Maria in monte myrrhæ. *Chriſtum, Matrem ſuam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris ſublimaſſe: in cellam vinariam occultaſſe: ſuam prout nouit, & voluit gloriam deificam & ſupercæleſtem reuelaſſe notitiam*. Tandem Scholaſtico loquendi more,
Dionyſ. Carthuſianus. Dionyſius Carthuſianus in librum primum ſententiarum, diſtinctione XVI. Quæſtione 2. ita diſſerit. *Dicendum reor, quod præelectiſſima Virgo, quamdiu vixit adhuc in corpore mortali, fuit viatrix: quamuis certiſſime credatur interdum rapta in diuitias gloriæ Dei vſque ad ſummæ Trinitatis viſionem, per ſpeciem, multo vtique clarius: &, vt puto, multo*

multo frequentius, ac diuturnius, quam Paulus, aut Moſes. Reducta tamen ab huiuſmodi contemplatu, ambulabat per fidem, & fuit viatrix: atque promeruit in exercitiis, actibuſque virtutum: & ſic creuit in gratia. Et vt in ſermone de Aſſumptione fatetur S. Hieronymus, nouis quotidie cremabatur ardoribus. Ad filij quoque ſui clariſſimum, & indeſinentem intuitum affectuoſiſſime ſuſpirabat. Nimirum ingeminabat quotidie, imo momentis ſingulis: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius:* Dilectus meus, vt ſol, mihi oritur, & temperato flammantium radiorum diademate videndi ſui copiam facit: & ego, velut *Heliotropiũ*, corporis animiq; vultum in illum retorqueo.

Heliotropium ad arborem Paſſionis.

VERVM *exiſtimare poſſet quiſpiam, tum in Deipara Heliotropij* vim maxime enituiſſe, cum iuxta Crucis arborem, in cuius ſummitate Chriſtus, verus ſol, tanquam in ſuo orbe ſe gyrabat, ſtabat mater doloroſa, illumque non facie tantum: ſed & corpore toto, in Filium conuerſa, rorantibus oculis, intenſiſſime contemplabatur, & propemodum cum eodem, vt *Heliotropium* ſolet, ad ſolis occaſum, occidebat.

Ad Chriſtum cruce Mariæ conuerſio.

NON duplicet iſtiuſmodi pia conſideratio, quæ Sponſæ, deſideriis, & afflatui eſt perquam conſentanea. Illud enim in Canticis ſponſæ dictum: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius:* ad Crucem traducit

ducit Gulielmus Canticorum Interpres : & ita Virginem matrem loquentem introducit. *Eximietas dilectionis meæ, tunc maxime declarata eſt , cum ſtarem iuxta crucem filij, & maternis intuerer oculis tam acerbum eius exitum. Quippe in meo tunc pectore amor & dolor ex æquo ſibi inuicem reſpondebant: & magnitudinem amoris magnitudo declarabat doloris. Denique tunc iuxta ſentētiam præſagii ſimeonis, meam ipſius animam pertranſiuit gladius. Plane ego Dilecto meo per maternum commoriebar affectum: ita vt eius in me martyrium redundaret & quaſi commartyrem faceret. Ego tunc Dilecto meo ad declarandam mei in ipſum amoris quantitatem : & eius ad me tunc*

conuerſio facta eſt ad declarandam filialem eius caritatem.

Chriſtus in Paſſione oſtendit maximum amorem erga Matrem.

QVANTVM *enim me diligeret in ipſo paſſionis articulo præclare oſtendit, cum videns me piam matrem & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, ad me de cruce conuerſus dixit mihi:* Mulier ecce filius tuus: *diſcipulo autem:* Ecce Mater tua. *Plane illius ad me in tanta non falſorum acerbitate dolorum tam filialis conuerſio, quã filialem in me animum gereret, inſigniter declarabat. Itaque ego Dilecto meo pro omnibus morienti commoriebar in argumentum amoris eximii; & ad me conuerſio eius, ratione filialis obſequii.*

Ioan. xvi.26.

Heliotropium ſolem reſpicit etiam in nubilo.

MIRANDVM putat in *Heliotropio* Plinius, quod ad ſolem conuertatur, etiã nubilo die: imò nocte. Omitto dicere,

Ma-

Mariam ne quidem noctu, contemplationis oculum à ſole ſuo auertiſſe. Veriſſimum enim reor, quod Ecſtatici Doctores aſſerunt, in B. V. Contemplationem non fuiſſe ſomno interruptam. Dormiuiſſe corpore: vigilaſſe corde. *Ego Dormio : cor meum vigilat.* Canticor. V. Quod dum explicat Dionyſius. *In ſomno,* inquit, *corporali cor eius peruigil fuit : & ex aſſidua aſſuefactione perfecte inſiſtendi diuinis, exardentiſſima, & exercitatiſſima caritate, exſplendidiſſima, & exuberantiſſima ſapientia ſibi infuſa & contemplatione in vigiliis pene, aut prorſus continuè, etiam tempore ſomni, vigili corde Deo fuit coniuncta.* Quod conſtanter aſſerit S. Bernardinus Tom. 1. ſermo.

LXXI. Art. III. Cap. 3. Et Tom. II. ſerm. LI. Art. I. Sed his ſepoſitis, Nũquã fuit magis nubilũ tẽpus, nulla nox magis obſcura, ne Ægyptia quidem, in qua tenebræ palpabãtur: quã illa in qua ſole iuſtitiæ occumbente, lux omnis extincta videbatur. Quis nam tunc cum ſole ſe gyrabat? profugerant diſcipuli, latitabat Petrus, de longe ſequebãtur mulierculæ aliquot.
Pſal. xxx 13. Dicebat Chriſtus: *Qui videbãt me foras fugerunt à me: obliuioni datus ſum, tanquam mortuus à corde.* Ergo nullũ in Eccleſiæ horto tunc eminebat *Heliotropium*, quod ad ſolem nubilo velatũ, vultũ conuerteret! O Chriſte!

Si fueris felix multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.

Cir-

Circumſpice tamen, *Heliotropium*, amicum tibi florem, ad crucis radicem enatum, vnum, & alterum cernes, *Mariam* & *Ioannem*: ſed illam præcipue, nunquam à te, etiam in nubilo, vultum auertentem.

Maria Heliotropium in morte, & aſſumptione.

AT quid feſtiuiſſimam triumphantis Deiparæ lucem, triſtiſſimæ commemoratione tragediæ, ceu nubilo inuoluimus. Cur non potius eandem, ſiue in viatorio lectulo cubantem, ſiue in triumphali curru exultantem, ſiue in cæli regiam, incredibili pompâ, myriadum aliquot Angelicorum ſpirituum coronâ cinctam ſe inferentem. Siue in altiſſimo, ſupra omnes Cherubinos, Seraphinoſq; throno collocatã,

vt ſolarem florem, ac diuinum *Heliotropium* concelebramus? Agedum, & hoc contemplationibus hiſce ſymbolicis adiungatur.

Maria toto vitæ tempore Heliotropium.

HELIOTROPIVM, inquit Varro, ſolis iter ſequitur, tam certo tramite ad occaſũ, vt eũ ſemper ſpectet. *Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibidemque renaſcens: gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, & in circulos ſuos reuertitur.* Ec-

Eccl. 1. 5.

cleſiaſtæ, 1. Idem facit *Heliotropium*, idcirco à nonnullis

Solſequium.

ſolſequium dictum: quia ſolis æmulus flos, perpetuo ei obuertatur, eiuſque motus, & ab oriente in occidentem progreſſiones ſui ipſius in eandem partem conuerſione & expãſione conſequatur. Cerne mihi

hi plantulam illam in horto domeſtico, quæ breui tempore, eo peruenit magnitudinis, vt humani brachij craſſitiem, & altitudinem; duodecim, aut plurium cubitorum excedat, in ſummitate florem habet, & eam ſeminum copiam, vt vltra mille in vnico cippo numerentur, *Chryſanthemum Peruuianum* Herbarij nonnulli vocăt, à ſolo natali: *Bellionem* alii ex Plinio. Sed idem contingit in *Loto*, de quo Theophraſtus, ac Dioſcorides: idem in pulcherrimo florum, quem à forma pilei Turcici, *Tulipam* nominant. Sunt enim omnes iſti ex *Heliotropiorum* ſtirpe. *Chryſanthemum.* *Bellio.* *Peruanus flos* *Lotus.* *Tulipa.*

QVAMPRIMVM mane ſol aureus caput exerit, ad ſolares ſe radios pandit, cum eodem *Heliotropij indoles.*

ſe gyrat, cum eodem, dum ad occaſum venit, caput inclinat, ac cum decumbente decumbit. Maria, quamprimum ſol iuſtitiæ Chriſtus eſt ortus per incarnationem, ad eius vultũ, ſuum ipſa vultum compoſuit: cum eodem gyrante, ſe per Meridiem amoris in redimẽdo genere humano: per Aquilonem patientiæ, in tot aduerſitatibus: per libem temperantiæ voluptatem refrigerantis, & exſiccantis: per ſubſolanũ iuſtitiæ in Paſſione Patri æterno ſatisfacientis, & ipſa iter per eaſdam plagas inſtituit. Tandem, & occidentem ſuum ſolem eſt imitata: ſed & reſurgentem. Nam idcirco

Mariana vita curriculum.

Sol veſpere
Anhelus redit ad ſuum

Cubile,

Cubile, mane vt pulchrior
Vultu reſurgat aureo.

Ideo MARIA Virgo mortem obiit, vt Chriſto ſimilis, ſplendidior, paullo poſt, mortalitatis curſu peracto reſurgeret. Vt ſolem ſuum excepit in ortu: vt eundem in annuo, ac diurno curſu eſt ſequuta; ita & in occaſu eſt imitata: expreſſit in reſurrectione: & tūc maxime quando aſſumpta eſt ad æthereum thalamum, in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio. *Quare Maria V. obierit.*

MORIENTEM intuere. Quid morientem dico? dormientem dicere debuiſſem, ſi enim vllius mortaliū obitus, certe Deiparæ, non mors, ſed dormitio eſſet nuncupanda. Iacet in fatali lecto amore æ- *Quomodo mortua B. V.*

 ſtuans,

ſtuans, velut *Heliotropium*: Filio ſimillima in ſolem ſuum vultum torquens, & oculos: clamatque: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Vibrat in illam ſplendidiſſimos amoris radios, ſolis inſtar, Pater æternus: conatur illa reciproco amoris iactu, quicquid in ſe habet, tanquam amoris tela, refundere: ſed in medio conatu defuit, ac floris inſtar, caput inclinat, & moritur. Hoc mortis genere Deiparam terræ eſſe ſubductam, & cælo illatam Patres Eccleſiæ, Magnæ Matris clientuli aſſerunt. Quibuscum, vt negamus, DEI parentem morbo interiiſſe: ita ſentimus, amoris diuini efficaciam in ea fuiſſe tantam, vt elegantiſſimum illud naturæ opus,

Moritur amoris conatu.

Nullus morbus in B.V.

pus, ex anima &corpore coagulatum diſſoluerit. Cum enim amoris diuini flammæ interius conceptæ ſunt vehementiſſimæ, & mens in Devm conuerſa intentiſſime diuina intuetur: tum corpuſculum ab anima ad amatum emigrante, relictum, flacceſſit paulatim, deperditoque naturæ vigore, & viribus deficientibus, ſenſim compoſitum diſſoluitur, viuensque commoritur.

Ego *dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Ille me, vt amoris ſui ſcopum, habet: & ego in illum, vt ſcopum, amoris mei miſſilia iaculor. Ego in amore per omnia ſponſo reſpondeo. Ille amare cepit: ego vices in amore reddo. Par pari vtrique re- *Scopus amoris diuini Maria.*

ferimus. Quid mirum vires deficere, flacceſcere corpus, migrare animam? Is amoris eſt effectus. Amor eeſtaſin facit. Qui amat, conuerti & trãſformari in rem amatã deſiderat. ſed quia, vt vult, conſequi id non poteſt: appetit conſequi, vt poteſt: non poteſt, niſi migret: & non migret, qui animæ dimidium ſuæ alibi iam habet? Iam animæ ſuæ dimidium Chriſtum Chriſtipara pręmiſerat, quid facilius quam illum ſequi, & dimidium alterum transmittere?

Aſpirationes morientis Deiparæ.

Sic vltimum reddebat ſpiritum Mater noſtra. Excipiamus extremam aſpirationem, quæ non fuit alia, quam: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

Hunc

Hunc ego non alium, ſolum hunc ego diligo ſponſum — Herm. Hugo in piis deſideriis.
Nemo poteſt vno corpore amare duos.
Illius ante oculos mihi ſemper oberrat imago:
Ante oculos quamuis longius abſit, adeſt.
Et loquor abſenti momentis omnibus, abſens:
Abſentiſque ſonos illius aure bibo.
Sic vbi magnetis vim ferrea linea ſenſit, — Magnes.
Semper ad agnati vertitur alta poli.
Atque hinc Sydoniis petitur Cynoſura carinis:
Seruat, & hinc Helicen cymba Pelaſga ſuam.
Sic laſi ſequeris ſtudioſa pediſſequa Phœbi
Dilectam Clytie; flos modo facta facem:
Biſque die quouis, verſo iubar ore ſalutans,
Mane precaris Aue; ſero precare vale.
Obuia fraternos ita ſpectas Cynthia vultus
Et reparat vultus ignibus ille tuos.
Sponſe meus ſol es, tua ſumque ego Cynthia vultus,
Aduerſis oculis figere cogit amor.

Tu

Tu mihi ſponſe, Helyce, Cynoſuraque duplicis Arcti
Tu volucres oculos ad tua ſigna rapis.
Quid mirum alterno ſi reſpondemus amori
Magnetem ſequitur linea tacta ſuum.

In Mariã morti nullum imperiũ. MORTVA eſt Domina noſtra Maria. Quomodo? fuit ne Morti imperium in Matrem vitæ. Quomodo mori debuit, vel potuit, quæ immunis à peccato, nulli obnoxia maledictioni, à lege peccati libera, in ſe habuit arborem vitæ, de cuius fructu, qui ſumit, non moritur ſed viuit in æternum? Non fuit ſane in datricem im- *Dataria immortalitatis.* mortalitatis, in Reginam immortalium, in Dominam Vitæ, neciſque ius vllum mortis, quale in cæteros homines: tamen mori potuit, quoniam illa, vt *Heliotropium*, ſemper in ſolem

ſolem ſuum, conuerſa erat, cō-templationis vultu: & ille in ſibi obuerſam perpetuo acutiſſimos iaculabatur amoris radios: his, vt talis, confixa occubuit. Ignis ille diuinus, in florem ſolarem euibratus, ſuccum omnem humoremque terrenum educens, caput demittere, & concidere coegit. Hoc contigiſſe Deiparæ aperuit ipſa dilectæ ſibi Brigittæ in cuius libro reuelationum VI. Cap. LXII. ſic legitur: *Cum quadam die animus meus ſuſpenſus eſſet in admiratione diuinæ caritatis, tunc anima mea in ipſa contemplatione, repleta fuit tanta exultatione, quod vix ſe capere poterat, & in ipſa conſideratione anima mea à corpore fuit ſoluta.* O dignam Dei Matre mortem.

Amoris incendio mortua Deipara.

Reuelatio S. Brigittæ facta.

Mors amoris.

mor-

mortem in contemplatione obitam: mortem ex dilectione ſponſi ortam: Mortem amoris. Iam intelligo veriſſimum eſſe: *Fortis eſt, vt mors, Dilectio:* imo, fortior, quam *Mors Dilectio*: quia, quam exanimare non potuiſſet Mors, exanimauit, ſuperauitque Dilectio.

Cant. VIII. 6.

Quæ mors maxime optanda.

DVBITATVM olim, diſputatumque, quæ mors maxime optanda? aut, vt ferale, & male ominoſum nomen mortis non vſurpemus, quis ex hac vita diſcedēdi modus potiſſimum eligi deberet, ſi id in poteſtate eſſet mortalium? Moriuntur homines morbis innumerabilibus, quo pacto nemo decederet, ſi optandi daretur copia. Moriuntur intemperantiâ cibi, quâ plurimi abripiuntur.

Varij moriendi modi.

Intemperantia cibi.

tur. Quomodo mori fortaſſe generoſum putet Epicuri de grege porcus. Moriuntur plures in Germania ebrietate. *Ebrietate.* Quam mortem eligeret, qui glorioſum putaret in Bacchico certamine ex eodem cratere vinum ſorbere, & animam ſimul hoc heroico conatu efflare. Mortuos multos *Adfectibus variis.* ſcimus, mærore, dolore, triſtitiâ, terrore. Sed quis ita, modo ſapiat, mori deſideret? Omitto cæteros excedendi modos. Omitto plurimorum vota inſana, optantium enſem, laqueum, furcam. Quorundam plane delirantium ſenſum, appetentium mortem à ſaginâ, igne, aqua. Aliorum ſtultam perſuaſionem, mortem optimam exiſtimantium, quæ maxime

xime

xime improuiſa eſt, quod minus, quam ceteræ, torqueat.

Optimum mori ſub Phœbi radiis.

SAPIT altius ingenium illius apud ingenioſum Poetam commentum, qui cum ſe Diis genitum credi vellet, fingit à matre Deâ ſibi indicatum, ea ſe morte hinc migraturum, quæ Diis ſatum hominem maxime deceat: quæ-nam illa? Excipe verſiculum ex Iliados XXII.

Hom. Iliad. 22.

—inſignem mortem mihi ſæpe profata eſt.
Diuinis Phœbi radiis.

Id eſt: *V*t ego quidem concipio, me, floris inſtar ſolaris, ſub ardentiſſimis Phæbi radiis caput inclinaturum: Sic ſe moriturum prædixit. Symbolicum eſt. Senſu plano dixiſſet, & verbis minime figuratis, mo-

moriturum me amore. Hæc mors heroum eſt, diuis genitorum: modo amorem intelligas, non humanum, non terrenum, non corporeum, non profanum, ſed ſacrum, ſpiritualem, cæleſtem, diuinum. Hoc amore obiit, quæ alias mori non potuiſſet, Mater noſtra. Et quia hoc amore viuere hîc deſiit, in Cælo mox viuere incepit, vt quæ pauculis vitæ annis hic fuerat, illîc ęternum eſſet *Heliotropium*: ſemperque vſurpare poſſet: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

QVOD, ſi Honorium audias, illuſtrem Canticorum Interpretem, ad Aſſumptam virginem commodiſſime transferes, quæ in pyrâ amoris diuini, eius flammis exæſtuans, *B. Virgo in Aſſumptione Heliotropiũ.*

cum,

cum, Angelis ſuccollantibus, ferretur in cælum, conuertebatur, vt *Heliotropium* ad ſponſum: *Et ipſe ſe ad eam conuertebat, cum eam in Angelorum Societatem recipiebat.* Aſſumpta eſt Maria in cælum, gaudent Angeli, laudantes Dominum.

Quare tã citò adſumpta B. Virgo.

AT cur tam citò aſſumpta? An, quoniam decebat, vt illud corpus, quod erat ab interitu, & corruptione alienum, ad eum locũ transferretur, quã- primum, qui corruptionem non patitur? An, quoniam detineri in terra corpus illud nõ poterat, quod in Chriſti manibus tanquam tumba ſepulchrali erat reconditum? poteſt-ne alibi quieſcere, quam in aula regia, quod Rex manibus ſuis defert! Quod autem puta-

Sepulchrum Deiparæ.

putatis fuiſſe Deiparræ ſepulchrum! Apoſtoli quidem ſacroſanctũ corpus, vel in valle Ioſaphati, inter montes Sion & Olīueti: vel in Gethſemaneo horto tumularunt, vt habet traditio: ſed illa alium ſibi deſignarat, non tam tumulum, quam ſedem in cælo, quam illi negatam haud reor. Audite Damaſcenum, qui ita loquentem ad Filium moribundam introducit: *In manus tuas*, Fili, *commendo Spiritum meum. Suſcipe tibi caram animam, quam conſeruaſti alienam ab omni reprehenſione. Meum corpus tibi trado, & non terræ, Cuſtodi ſaluum, quod tibi placuit, habitare.* An depoſitum ſibi commẽdatum à Matre, Filius alio in loco, quam vbi ipſe agit eſſe pateretur? Itaque Orat. de dormit. virg.

que

Orat. de dormit. Virg. que exclamat merito Andreas Cretenſis: *Te nequaquam poteſt habere O Virgo ſepulcrum: aduerſus te non valebunt inferi*: animã enim regiam, nec corpus regium alia decet domus, quam regia.

B. Virgo Phænicis inſtar moritur & reſurgit. ALIAM cauſſam comminiſceretur fortaſſe pius commentator. Diximus virginem amoris flammulis incenſam exhalaſſe animam. An idcirco debuit illico reuiuiſcere? Exemplum in Phænice habemus cui alias Deiparam comparauimus. *Lib. V. cap. 6.* Alitem hanc Arabiæ ferunt, vt Clemens Romanus narrat ad aram ſolis cum multo cinnamomo, & caſia ac xylobalſamo volare, & ſtantem *Phænicis grabatum.* ad orientem ſolem, vt *Heliotropium* conſueuit, caput incli-

nare,

nare,& adorare, acſponte incendi: flammis abſumptam in cinerem redigi: mox ex cinere vermem renaſci, atque ex eo tepefacto formari nouam Phænicem. Audio in lectulo decretorio cantantem ſuauiſſime Deiparam: *In nidulo meo moriar, & ſicut Palma*, (Græce eſt *Phænix*) *multiplicabo dies*. In nidulo amoris, in quem plurimum cinnamomi gratiæ, caſiam caritatis, xylobalſamum virtutis omnigenæ detulerat, ad orientem ſibi tum maxime, cum aliis occidere ſolet, ſolem, vt *Heliotropium* conuerſa, eumque ter, fide, ſpe, caritate, venerata, ſponte crepitantibus amoris diuini flammis, incenditur, abſumitur, non in cinerem redigitur; ſed ante-

Iob. XXIX. 19.

Nidulus Mariæ.

quam redigatur, renaſcitur. O Phænicem! O ſolis alitem! ô *Heliotropium!* florem ſolarem?

Nazian. Carm. III. ad virg.

Vt Phænix moriens primos reuiuiſcit ad annos
Flammarum in medio, poſt plurima luſtra renaſcens.
Atque nouum veteri ſurgit de corpore corpus:
Haud ſecus egregia redduntur morte perennes,
Dum pia diuinis ardeſcunt pectora flammis.

Ardet Maria moriens.

ARSISTI *Maria* tum in omni vita, tum vltimo illius actu maxime, diuini amoris flammis, & ita arſiſti, vt iis conſumpta, vel conſummata potius, auri inſtar, in fornace, tanquam *Phænix in Heliotropii* cippo, nidulum componens occubueris. Quid miramur, quod mox, tanquam altera

Phæ-

Phænix, iiſdem animata flammis, reuiuiſcas; & in cælitum delata hortum, non deſinas eſſe in cælis, quæ in terra fuiſti, *Heliotropium*: vt fixo ſemper in immenſum Diuinitatis iubar vultu, illoque in te viciſſim euibrato, occinas perpetuum felix. *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

NE euanida ſit hæc de flore ſolari ſpeculatio, noſtris illa deſeruiat informandis moribus. Imitemur, quam colimus: exprimamus opere, quam ore veneramur: transformemur & nos in florem ſolis: ſi hactenus fuimus fænum terræ. Solem iuſtitię ab ipſo ſtatim ortu, pueritiæ, vel ſi illam prætergreſſi ſumus, adoleſcentiæ: ſi hæc etiam eſt elapſa, iuuentutis *Sodales B. V. ſint Heliotropia.*

 ſal-

dæmonem inuocat: deteſtatur pietatem, negligit officium, à bonorum conuerſatione ſe abſtrahit; malorum ſe conſortio adiungit, fortaſſe & ſatanam conſulit, qui haud ita pridem Angelos conſulere ſolitus.

Flectere ſi nequeo ſuperos, Archeronta mouebo.

Nimirum, non erat, ſed ſe fingebat *Heliotropium*. Nam ſi fuiſſet, in nubilo etiam calamitatum ad ſolem conuertiſſet vultum.

In proſperitate multi ad ſolem conuertunt.

QVOT reperiuntur, qui ſani, belli, opulenti, proſperitatis ſole lucente, non niſi ad DEVM ſe conuertere poſſe videntur, Dei baſilicam frequenter adeunt, ſæpe confitentur, communicant non raro:

ro: de Deo diuiniſque ſermones ſuauiſſime miſcent, etiam in ſympoſiis, & inter ſocios putantur *Heliotropia.* Sed ridet aſtutiſſimus Satan, & DEO audet in os dicere: *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Annuit DEVS. ægrotare incipit, qui antea ſaniſſimus: laborat Cephalæa, anginâ, podagrâ, chiragrâ, arthritide, febri, hydrope, cholica. Clamat inſtar ſuis, nulla amplius de Deo memoria.

In morbo multi Deum deſerunt.

Deformatur ille pulchellus Abſolon, impetigine in capite, puſtulis in facie, & in naſo, qui plenus ſapphiris & carbunculis, vlceribus in fronte: decidit coma, concidunt ocu-

Pulchritudinis amiſſio multis bilem mouet.

dæmonem inuocat: deteſtatur pietatem, negligit officium, à bonorum conuerſatione ſe abſtrahit; malorum ſe conſortio adiungit, fortaſſe & ſatanam conſulit, qui haud ita pridem Angelos conſulere ſolitus.

Flectere ſi nequeo ſuperos, Archeronta mouebo.

Nimirum, non erat, ſed ſe fingebat *Heliotropium*. Nam ſi fuiſſet, in nubilo etiam calamitatum ad ſolem conuertiſſet vultum.

In proſperitate multi ad ſolem conuertunt.

QVOT reperiuntur, qui ſani, belli, opulenti, proſperitatis ſole lucente, non niſi ad DEVM ſe conuertere poſſe videntur, Dei baſilicam frequenter adeunt, ſæpe confitentur, communicant non raro:

ro: de Deo diuiniſque ſermones ſuauiſſime miſcent, etiam in ſympoſiis, & inter ſocios putantur *Heliotropia.* Sed ridet aſtutiſſimus Satan, & DEO audet in os dicere: *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Annuit DEVS. ægrotare incipit, qui antea ſaniſſimus: laborat Cephalæa, anginâ, podagrâ, chiragrâ, arthritide, febri, hydrope, cholica. Clamat inſtar ſuis, nulla amplius de Deo memoria.

In morbo multi Deum deſerunt.

Deformatur ille pulchellus Abſolon, impetigine in capite, puſtulis in facie, & in naſo, qui plenus ſapphiris & carbunculis, vlceribus in fronte: decidit coma, concidunt ocu-

Pulchritudinis amiſſio multis bilem mouet.

dæmonem inuocat: deteſtatur pietatem, negligit officium, à bonorum conuerſatione ſe abſtrahit; malorum ſe conſortio adiungit, fortaſſe & ſatanam conſulit, qui haud ita pridem Angelos conſulere ſolitus.

Flectere ſi nequeo ſuperos, Archeronta mouebo.

Nimirum, non erat, ſed ſe fingebat *Heliotropium*. Nam ſi fuiſſet, in nubilo etiam calamitatum ad ſolem conuertiſſet vultum.

In proſperitate multi ad ſolem conuertunt.

QVOT reperiuntur, qui ſani, belli, opulenti, proſperitatis ſole lucente, non niſi ad DEVM ſe conuertere poſſe videntur, Dei baſilicam frequenter adeunt, ſæpe confitentur, communicant non raro:

ro: de Deo diuiniſque ſermones ſuauiſſime miſcent, etiam in ſympoſiis, & inter ſocios putantur *Heliotropia.* Sed ridet aſtutiſſimus Satan, & DEO audet in os dicere: *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Annuit DEVS. ægrotare incipit, qui antea ſaniſſimus: laborat Cephalæa, anginâ, podagrâ, chiragrâ, arthritide, febri, hydrope, cholica. Clamat inſtar ſuis, nulla amplius de Deo memoria. *In morbo multi Deum deſerunt.*

Deformatur ille pulchellus Abſolon, impetigine in capite, puſtulis in facie, & in naſo, qui plenus ſapphiris & carbunculis, vlceribus in fronte: decidit coma, concidunt ocu- *Pulchritudinis amiſſio multis bilem mouet.*

 li,

dæmonem inuocat: deteſtatur pietatem, negligit officium, à bonorum conuerſatione ſe abſtrahit; malorum ſe conſortio adiungit, fortaſſe & ſatanam conſulit, qui haud ita pridem Angelos conſulere ſolitus.

Flectere ſi nequeo ſuperos, Archeronta mouebo.

Nimirum, non erat, ſed ſe fingebat *Heliotropium*. Nam ſi fuiſſet, in nubilo etiam calamitatum ad ſolem conuertiſſet vultum.

In proſperitate multi ad ſolem conuertunt.

QVOT reperiuntur, qui ſani, belli, opulenti, proſperitatis ſole lucente, non niſi ad DEVM ſe conuertere poſſe videntur, Dei baſilicam frequenter adeunt, ſæpe confitentur, communicant non ra-

ro:

ro: de Deo diuiniſque ſermones ſuauiſſime miſcent, etiam in ſympoſiis, & inter ſocios putantur *Heliotropia*. Sed ridet aſtutiſſimus Satan, & DEO audet in os dicere: *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Annuit DEVS. ægrotare incipit, qui antea ſaniſſimus: laborat Cephalæa, anginâ, podagrâ, chiragrâ, arthritide, febri, hydrope, cholica. Clamat inſtar ſuis, nulla amplius de Deo memoria.

In morbo multi Deum deſerunt.

Deformatur ille pulchellus Abſolon, impetigine in capite, puſtulis in facie, & in naſo, qui plenus ſapphiris & carbunculis, vlceribus in fronte: decidit coma, concidunt ocu-

Pulchritudinis amiſſio multis bilem mouet.

ſaltem ſpectemus: nunquam ab illo in omni actionum noſtrarum exercitatione vultum auertamus. ſolis iter, ab oriente ſanctitatis inchoatæ, per meridiem proficientis, per ſeptentrionem roboratæ, vſque ad occaſum conſummatæ ſequamur. Ad ſolem, nubilo etiam die afflictionis, & ærumnarũ; imo nocte calamitatis extremæ conuertamur.

Fingũt ſe Heliotropia aliqui.

HELIOTROPIA ſe fingunt aliqui, vel exprimere ſcite conantur quamdiu ſol fulget, & radiis proſperitatis mulcentur: aut dum ſpes eſt beneficii obtinendi, canonicatus impetrandi, prælaturæ conſequendæ: tunc itur ad templũ, oratur in plateis, ſuſcipiuntur peregrinationes, viſitantur

reli-

religioſi, diſtribuuntur eleemoſynæ, portatur roſarium, legitur breuiarium, torquetur caput in humeros, complicantur manus, ponitur in terra vtrumque genu: frequentatur ſodalitas: oculi in Chriſtum, in Deiparam, in cælites ceteros coniiciuntur, O *Heliotropium!*

SED ſpe ſua fruſtretur, eligatur alius in Præſulem, obtineat æmulus, quem ille prenſabat, pileum: aſſumatur ad ſedem, quam optabat eius riualis. Imo ipſe deprimatur! Sacerdotio, quod poſſidebat, priuetur; dignitate ſpolietur; contemnatur: vultum in terram torquet, imo, infra terram, ad orcum vertit; iurat, peierat, blaſphemat, Caco- *Hypocritarum dolus deprehenditur.*

ro: de Deo diuiniſque ſermones ſuauiſſime miſcent, etiam in ſympoſiis, & inter ſocios putantur *Heliotropia*. Sed ridet aſtutiſſimus Satan, & DEO audet in os dicere: *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi*. Annuit DEVS. ægrotare incipit, qui antea ſaniſſimus: laborat Cephalæa, anginâ, podagrâ, chiragrâ, arthritide, febri, hydrope, cholica. Clamat inſtar ſuis, nulla amplius de Deo memoria. *In morbo multi Deum deſerunt.*

Deformatur ille pulchellus Abſolon, impetigine in capite, puſtulis in facie, & in naſo, qui plenus ſapphiris & carbunculis, vlceribus in fronte: decidit coma, concidunt ocu- *Pulchritudinis amiſſio multis bilem mouet.*

 li,

Opum deperditio prodit hypocriſin.

li, expalleſcunt genæ, denigrantur labia: aduolat ad magos, euocat Pythoniſſam, vnguine incãtatorio corpus illinit. Spoliatur ille Cræſus, Craſſus-ve à latronibus, diripitur theſaurus à furunculis, pereunt merces naufragio, flammis horreum abſumitur: pruina vineæ, tempeſtate ſegetes, fulmine greges abſumuntur. Nulla amplius eſt pietatis recordatio, incuſat Deum, eius prouidentiam execratur, maledicit aeri, pluuiæ, ventis, grandini, caput ſuum diris deuouet, abiicit breuiarium, non confitetur amplius, nulla de ſalute æterniſque rebus cura. Nimirum: *Heliotropium* non erat, ſed putabatur. Verum Heliotropium

pium non minus in nocte, quam interdiu, ad ſolem faciem conuertit.

VERISSIME dictum à viro religioſiſſimo. *Habet Ieſus nunc multos amatores regni ſui cæleſtis: ſed paucos baiulatores ſuæ crucis. Multos habet deſideratores conſolationis: ſed paucos tribulationis. Plures inuenit ſocios menſæ* (Suauis enim eſt panis Chriſti, & præbet delitias regibus) *ſed paucos abſtinentiæ. Omnes cupiunt cum eo gaudere: pauci volunt pro eo, aut cum eo, aliquid ſuſtinere: Multi Ieſum ſequuntur vſque ad fractionem panis: Sed pauci vſque ad bibendum calicem paſſionis. Multi miracula eius venerantur: pauci ignominiam crucis ſequuntur. Multi Ieſum diligunt, quamdiu aduerſa non contingunt. Multi*

Pauci in ærumnis Ieſum ſequuntur Tho. de Kempis lib II. Cap. XI.

illum laudant, & benedicunt, quã-diu conſolationes aliquas ab ipſo percipiunt. Si autem Ieſus ſe abſcõderit, & modicum eos reliquerit, aut in querimoniam, vel deiectionem nimiam cadunt. Breuiter. Multi ſereno die videntur: pauci in nubilo, & nocte ſunt, vt MARIA, *Heliotropia.*

Semper ad Deum conuertenda eſt facies.

NOSTRVM eſt ad imitationem Matris, nullo temporum diſcrimine ad ſolem noſtrum vultu obuertere vt illud ſemper vſurpemus: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Ego illi: ille mihi. Amantẽ me amo. Amandum eſt in hac vita aliquid. Vere Origenes: *Impoſſibile eſt, vt nõ ſemper humana natura aliquid amet. Omnis namque, qui ad id ætatis venerit, quam pubertatem vocant, amat quidpiam, ſeu*

Orig. Prolo. In Cant.

minus

minus recte, cum amat, quæ non oportet: ſeu recte, & vtiliter, cum amat quæ oportet. Sed quid vtiliter amandum, in quo conquieſcas? Audi Bernardum: *Cor meum per multa diſpergitur, & huc illudque quærit, vbi requieſcere poſſit: & nihil inuenit, quod ei ſufficit, donec ad ipſum redeat.* Nihil præterea amandum, Nihil, niſi in ipſum referatur. *Duo* enim *amores: alter bonus, alter malus: alter dulcis, alter amarus nō ſe ſimul in vno capiūt pectore.* Et ideo, *ſi quis præter te aliud diligit*, ait ſuauiſſimus Auguſtinus, *non eſt caritas tua*, Deus, *in eo, amor dulcedinis, & dulcedo amoris. Amor non crucians, ſed delectans. Amor ſincere, caſteque permanens in ſeculum ſeculi. Amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris.* Medit. Cap IX.

Dulcis Chriſte, bone Ieſu, caritas, DEVS meus, accende me totum igne tuo amore tui, ſuauitate & dulcedine tua, ita vt nullus pateat in me locus adulterinis amoribus.

Nazian. de laud. Virg

Nam Chriſto & Mundo, quiſquis partitur amorem:
Huius amor plane leuis eſt, & frigidus: at qui
Totam animi flammam penitus defixit in vno
Ille procul dubio conſtans, & certus amator.
Quin etiam latomi ſollertes, quique fabrilem.
In lignis artem exercent, cum linea recta.
Quæritur, exactaque opera captatur amiſſu,
Ex oculis vnum claudunt, & lumine toto
In ſocium fuſo, viſus acieque coacta
Recta ſequente tenent, duro veſtigia ferro.
Sic collectus amor propius coniungit amantum

Pectora

Pectora caſta Deo. Cupientem qui cupit, atque
Cernentem cernit ſitque obuius aduenienti.
Quem quo plus quiſquam cupit, hoc mage cernit eundem.
Quoque magis cernit tanto magis expetit illum.
Cernere: ſicque bonus ſemper conuoluitur orbis.

Hoc eſt eſſe *Heliotropium*, & obuerſam ſemper ad ſolem habere faciem. At vnde hæc illi virtus, quæ in ceteris floribus non cernitur? Eam ad ſolem referũt graues Philoſophi, qui aſtro illi Principi vim attractiuam attribuunt, quam in florem illum exerat: non in alios, transfuſa qualitate quadam abdita, quæ influentiæ nomine celebratur in ſcholis. Nam *Heliotropio* ineſſe ſenſum, qui dice- *Cauſa cur Heliotropium ſe gyret ad ſolu curſum.* *Heliotropio nullus ſenſus.*

diceret, quo, vt nos, ad ſolem verteretur, næ is ſtirpes & herbulas transformaret in animalia. Verum, quamuis dubitari
Solis vis. poſſit, an id totum ſoli ſit adſcribendum: an potius magna pars inſitæ cuidam virtuti, quã plantulæ illi natura dederit: non dubito tamen, quin conuerſio omnis animæ Deo dilectæ, quam *Heliotropium* dicimus, in Solem illum, ad quem conuertitur, ſit referenda.

Deus prius ad nos conuertitur. Non nos ad ſolem iuſtitiæ primi conuertimur, & illius benignitatis radios ad nos pellicimus: ſed ille beneuolo in *Heliotropium* radiorum iactu, florem excitat, & vt in ſe viciſſim obuertatur, allicit. *Conuerte me,*
Ierem. XXXI. 18. *& conuertar*, inquit Propheta. *Conuerte nos ad te & conuertemur,*

mur, clamare poſſumus cotidie. Quid dicit ſpõſa Deipara, verum *Heliotropium*? *Ego dilecto meo*: id eſt, ad illum me conuerto. quare? ſequitur: *Et ad me conuerſio eius*. Et, particula eſt cauſſalis in Grammatica ſacra: vt ſenſus ſit: Ideo ad Dilectum conuertor, quia prius ad me eius fuit conuerſio. Eo lucente, ſplendebo: eo ſe abſcondente, obtenebrabor. *Et particula cauſalis.*

Ex horto Mariano nondum receſſimus. In eo flos eſt, quem *Lotum* vocant, Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius: eundem *Nymphæam* quidam nuncupãt. Is, ſole occidente, comprimitur, occluditurque, ad ortum autem aperitur. Audire videor plantulam, ſuggerentem ſororculis, occulta inſipientibus *Lotus Nymphæa.*

bus lingua, ſed in ſapientiæ ſchola eruditis non incognita: DVM RESPICIS, ERIGOR. DVM AVERTIS FACIEM CONCIDO. Ita eſt: niſi nos reſpiciat primo iuſtitiæ ſol, nunquam erecto in illum vultu erimus: Eo vultum auertente, turbabimur. Pendent nimirũ omnes noſtræ ad pietatem ſpectantes cogitationes, & molimina ab æterni ſolis radiis, qui niſi beneuolo gratiæ afflatu nos excitet, perpetuo ad terram conuerſi iacebimus.

ſic alma lux mihi:

O ſol iuſtitiæ ſine Te non fluctibus atris
Curarum potero tollere, Chriſte, caput.

Hominis eſt Deo cooperari.

SED & noſtrum eſt, ſole ad nos vultum conuertente, per cooperationem reciproce eũ intueri, non per ingratitudinem auertere: Eſt ad nos ille

ſemper

ſemper per beneuolētiſſimum patris affectum cōuerſus. Vult omnes nos ſaluos fieri: modo reſpondeamus, & dicere velimus ſincera mente: *Ego Dilecto meo, quia ad me conuerſio illius.* Vidi ego in aula Mariana tabulam artificioſiſſime pictam. In ea vultus paruuli IESV in vlnis Deiparæ luſitantis, quacunque ex parte inſpiciebatur, ſemper videbatur habere oculos ad intuentem conuerſos. Certe ſuauiſſimi pueruli facies, & duo in ea ſiderum inſtar, ſplendentes ocelli, ſemper ex parte ſua conuerſi ſunt ad quoſcumque in aula illa commorantes. Quod ſi quis minime percipiat, ab iis ſe reſpici, id haud ab iis, ſed ab ipſo prouenit, qui ſuam auer-

Imago quolibet è loco aſpiciens præſentes.

tit faciem, vel non aduertit. Ideo, vt primum is ad imaginem ſe conuerterit: confeſtim vultum oculoſque illius ad ſe animaduertet conuerſos.

Deus & Christus ad nos vbique & ſemper conuerſus.

NON queraris, non diffidas, non deſpondeas animum virginis cultor, Mariane, quẽ, vt *flos ſolaris* eſſe velis, quia *Heliotropium* eſt Mater tua, exſtimulo; licet audias non niſi ſole prius reſpiciente te faciem poſſe caputque erigere. In aula degis Mariana, eius ſodalis imo filius. Non hic pictus tantum eſt IESVS ſol iuſtitiæ: ſed præſens eſt Diuinitate, quæ quanta, quanta eſt oculus. Hic ad te conuerſus ſemper, nunquam non te intuetur, vbicumque tandem fueris. Eia age, ad illum viciſſim

Diuinitas eſt oculus.

flecte

flecte oculos, & dicere poteris: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio illius*. Sed illius cognoſcas beneficium, non tuis id tribuas meritis. Eſt enim ſane beneficium minime vulgare, nō noſtrum meritum, quod æterni ſolis ortum, vt *Heliotropia*, mane iuuentutis noſtræ ſpectemus: quod in eum meridie ętatis maturioris vultum conuertamus: quod eiuſdem iter, nempe virtutum Chriſtianarum, certo conſtantiq;, ad occaſum vſque, perſeuerãtię tramite ſequamur. Quod cum illo oriamur per gratiam, viuamus per caritatem, occidamus per carnis, & adfectuum mortificationem. Vtinam cum eodem rediuiui conſurgamus

gamus per glorificationem, vt æternum à Diuinitatis radiis illuſtrati, & in ſolem noſtrum conuerſi, occinamus. *Ego* Dilecto *meo*, *& ad me conuerſio eius*

NOTÆ.

Ἡλιοτρόπιον Giraſole. Soñenwirbel.

HELIOTROPIVM *Herba ſolaris dicta, quod ſe cum ſole circumagat, etiam nubilo die, ac nocte. Varro. Mirandum, quod ſit in floribus, quos vocant* Heliotropia *ab eo, quod ſolis ortum mane ſpectant, & eius iter ita ſequuntur ad occaſum, vt ad eum ſemper ſpectent. Plinius lib.XXII.Cap.21. duo facit Heliotropii genera: Maius in pinguibus tantum locis, cultoque ſolo naſcens, quod &* Heliotrophon *nominat: vulgo, vt creditur,* Cancri flos *appellatus. Minus vbique prouenîens:* tricoccon, *&* ſcorpuirum *appellatum, quod ſemen habeat referens caudam ſcorpionis. Eſt &* Heliotropium *gemma viridis*

viridis ſanguineis venis diſtincta. Cauſſa nominis auctore Plinio lib. XXXVII. Cap. 10. quod in vas aquæ deiecta radios ſolares accedentes in ſanguinis colorem mutare videatur. Extra aquam ſpeculi in modum ſolis imaginem reddat, eiusque eclypſim prodat, Lunam ſubeuntem oſtendens. Plini. lib. 11. Cap. XLI. Eſt Heliotropio *inditum, abeuntem ſolem intueri ſemper, omnibusque horis cum eo verti, & nubilo obumbrante. Addit Iſidorus lib. XVII. Cap. 9.* Heliotropium *nomen accepiſſe, quod æſtiuo ſolſtitio floreat: & quod ſolis motibus folia circumacta conuertat. Nam & ſole oriente flores ſuos aperit, & ſero claudit cum ſol occubuerit.*

SIMON *Maiolus in Canicularibus, colloquio XX. Hæc non ita accipienda ſunt, vt ſit aliquis in* Heliotropio *ſenſus, quo ſolem lubens ſequatur: ſed id ſolis virtute ad ſe omnia conuertente fit. Ita quoque in homine, qui Deum ſequitur, in eumque mentis oculos perpetuo figit, Chriſti gratia operatur omnia. Infundit eam conſentienti: obiicit gratiam concomitantem: dat quo-*

que

que perſeueranti gratiam ſubſequentem.

Erit igitur ab hac herba pia ſimilitudo trahenda: vt Heliotropium *dicas eum, qui actus cogitatusque ſuos in* Deum *ſemper dirigit.*

SVNT *alia huius generis ex plantis ſymbola. Lege centuriam ſymbolorum Ioachimi* Camerarii *ex re herbaria. Pingit ille in* XLIX^no^ Heliotropium *ad ſolem conuerſum. Inſcriptio:* NON INFERIORA SECVTVS.

Solis vt hunc florem radiantia lumina verſant,
Dirige ſic mentem Chriſte benigne meam.

PLANTA *eſt admiratione digna ante paucos annos inter exoticas ad nos quoque allata, & vbique iam in hortis colitur, quam* Chryſanthemum Peruuianum *à loco natali à forma plantam maximam: Florem ſolis vero propter effectum, & ſimilitudinem nominant. Quidam Bellionem Plinii eſſe opinantur: incerta coniectura. Hæc intra ſex: ſummum, ſeptem menſium ſpacium, ex quo terra ſemen ipſius fuit*

Chryſanthemum Peruuianum.

Bellio.

us fuit mandatum eo peruenire ſolet magnitudinis, vt humani brachii craßitiem, & altitudinem duodecim, vel plurium cubitorum excedat. Quemadmodum vero *Pæonia.* *florum denſitate, ac foliorum multiplici numero Pæoniæ nonnihil cedit: ita ſeminum copia, quibus altera caret, hanc longe ſuperat: nam eorum vltra mille in vno cippo numerantur. Cum itaque hic flos ſolem ſemper reſpiciat, monet, vt nos quoque ad verum datorem, & largitorem bonorum omnium* ἐπουράνιον *continuo mentis oculos conuertamus: nec terrenis, caducis, ac voluptuariis bonis, quaſi humi iacentes ſemper inhiemus: oſtendentes ſecundum Platonem quoque, nos eſſe cæleſtes plantas.*

GENVÆ *in palatio Franciſci Leccani aliud ſymbolum huic non dißimile legitur.*

E COELIS LVX, EO INTVERE.

Quem quia reſpicit omnia ſolus, *Boeth. de conſ. Phil.*
Verum poßis dicere ſolem.

OBSERVARVNT *Petrus Penna, & Matthias Lobelius rei herbariæ Scriptores in ſuis Aduerſariis ſtirpium: permultas eſſe*

ſtirpes

ſtirpes quæ Heliotropiæ, & Helios copiæ *dici mereantur, quia ſole puro colluſtratæ, quaſi illius auidæ hiant: eoq; cæli medium tenente, panduntur prorſum: deinde abeuntem gyratione quapiam, atque quaſi in eum nutu pronæ, & conniuentibus floribus proſequuntur; illius abitu & deſiderio ſeſe motitantes. Quod in* Narciſſo, *Calendula, Tragopogo, cichoriis, & quam pluri-mis aliis eſt cernere. Magis proprie* Heliotropia *vocantur, quæ ſolſtitio tantum florere auctor eſt* Theophraſtus. *Exhibent iidem auctores* Heliotropium *maius: ac minus repens: &* Heliotropium *vulgare,* Torneſol *Gallorum; ſiue Plinij,* Tricoccon.

Narciſſus. Calendula. Tragopogus Cichoria.

VIRTVTES *ad medicinas* Heliotropii *habet Dioſcorides, à quo Lobelius in Hiſtoria ſtirpium. Decoctum herbæ ex aqua, faſciculo manus plenæ potu pituitam, bilemque per aluum extrahit. Contra ſcorpionum ictus ex vino potum, & illitum prodeſt. Adalligatur ad conceptus arcendos. Aiunt per horam vnam ante acceſſiones ſeminis grana quatuor cum vino*

Medicina ex Heliotropio.

quar-

quartanas finire: tria vero tertianas. Illitum ſemen formicantes verrucas, penſileſque, & thymos, & epinyctidas exiccat. Folia infantium deſtillationibus, quas ſiriaſeis vocant, podagris, luxatiſque vtiliſsimè illinuntur, menſes cient: partus trita & impoſita pellunt.

PIERIVS *Valerianus Lib. LVIII. Hieroglyphicor. titulum habet*: De Heliotropio, & Selenotropio. *Terrenorum cum cæleſtib. temperatura. Docet, ſi cognationem, conſenſum, aut temperaturam, quam inferioris naturæ iſtius res cum cæleſtibus habent: infimis quippe ſuprema, & ſupremis infima occultis quibuſdam viribus colligata eſſe, oſtendere voluiſſent Ægyptij, nullo euidentiore ſigno, propriore-ve hieroglyphico, id exprimere conſueſſe, quam cum herbas duas* Soliſequam & luniſequam *figuraſſent (ſic enim* ἡλιοτρόπιον, & σεληνοτρόπιον *Latina facimus) illa autem ad ſolis motum, ſolem verſus mouetur: hac vero ad Lunam vertitur.*

SVNT *alij flores tam arborum, quam*

herbarum, qui hoc imitari videntur: ſed his duobus nulli manifeſtius. Proinde *Ægyptij eandem rerum omnium rationem eſſe contendebant: vt intellectu alia: vi rationis alia, alia natura: alia ſenſu ſuperioribus deuincirentur, & ſuam quæq; concordiam aſſectarentur.*

LVPINVM *quoque vt* Heliotropiū *ad ſolis curſum vertitur. Per eius autem figuram temporis dimenſio, vel horæ ipſæ hieroglyphice ſignificantur. Quæ quidem ab eo ſurculo tam manifeſte diſtinguntur, vt agricolæ peritiores diurnas horas, aere etiam nubiloſo, ex eius motu conuerſioneque deprehendant. Traditum ab Apuleio lib. de re ruſtica.*

INTER Heliotropia *numeretur pulcherrimus flos, & ſiquis alius inter omnes inſigni varietate colorem admirandus, quem à forma* Turcici *pilei* Tulipam *nominant. Quæ fuerit apud veteres planta, nondum ſatis conſtat: quamuis pertinere ad* Narciſſos *nonnulli herbariæ periti coniiciant. Nunc paſſim in hortis colitur. Celeriter ad radios ſolares ſe pandit: illis*

vero

vero ſeſe occultantibus ſtatim rurſus clauditur & langueſcit. Hinc *inſcriptio ſymboli apud Camerarium LXXXIIX.*

LANGVESCO SOLE LATENTE.

Qua Similitudine motus Carolus Gonzaga hoc ſymbolum elegerat cum dicto Hiſpanico, arguto ac breui: Synſus raios mys des maios: *id eſt*: ſine tuis radiis ego marceſco. *Quod ad cæleſtem illuminationem referas, vt canitur in hymno eccleſiaſtico.*

Sine tuo Numine,
Nihil eſt in homine.
Nihil eſt innoxium.

Marcidus vt flos hic langueſcit ſole latente:
Cæleſti ſapimus ſic ſine luce nihil.

THEOPHRASTVS. *Lib.II. de cauſis Plantarum reddit rationem quare flores nonnulli ad radios ſolis ſeſe aperiant: & multi ex illis cum iiſdem plane conuertantur. Clauduntur, inquit, hi imbecilliores nocturno frigore, ſolis vero tepore fouentur ac aperiuntur, qui reuocat calorem naturalem, & à centro ad ambitum effundit, ſimulque humorem ſuperfluum educit.*

Videre id eſt in duobus Heliotropiis, *maiore,& minore. Picturam exhibet Camerarius* Emble.LXXII. *cum inſcriptione,* MENS EADEM.

Chriſte tuos vultus ſemper venerabor adorans:
Vt Clytie ad Solem germina pulchra rotat.

Symboli interpretationem ex Lactantio Lib. VI. Cap. 8. ſumamus. Sic autem ille. *Si oculos in cælum ſemper intendis, & ſolem, qua oritur obſeruas, eumque habeas vitæ, quaſi nauigij ducem, ſua ſponte in viam pedes dirigentur: & illud cæleſte lumen, quod ſanis mentibus multo clarius ſole eſt, hic quem carne mortali videmus, ſic reget, ſic gubernabit, vt ad ſummum Sapientiæ virtutiſque portum ſine vllo errore perducat. Alia inſcriptio:*

SOLI ET SEMPER.

EGO dilecto meo, & ad me conuerſio eius. *S. Gregorius in* Cant. Ac ſi diceret. *Quoniam fide, ac dilectione ſoli Chriſto adhæreo, ſolum ſequor, ſolum videre concupiſco, reſpectionis eius ſuauitatem, viſita-*

viſitationis benignitatem, conuerſationis dulcedinem gaudenter experior.

VT Heliotropium, *& flores quidam ingenio ſuo ſemper ad ſolem: ſic Ratio ad Deum obuerſa & originem ſui. I. Lipſ. Lib. de conſtantiæ. I. Cap. 5.*

Flos ego, præſtanti non vltima gloria prati *HELIOTROPIVM.*
Sed Corcyreo regulus in nemore:
Nomen ab agnato Phæbi traho ſidere; præ quo *Iacob. Biderman. Lib. III. Epigr. 75.*
Narciſſi nollem nomen ineſſe mihi.
Illud ego comitor, fixo pede, mobile ſidus
Et cælum flexu metior omne meo.
Nunquam Memnonio ſine me eluctatur ab ortu.
Nec ſubit occiduas me ſine Phæbus aquas.
Dum tamen illius paſſus ſine paſſibus æquo
Nunquam è natali pes mihi cedit humo.
His niſi terra pedes pedicis includeret, olim
Stellatos ſequerer totus aduſque choros
Sublimi curſum quid Solis ab æthere quærunt
Aſtrologi! Hic humili in flore videre queunt.



Spurcum excesto genus; nihil infernalib' uſquam
Acceptum porcis hic hyacinthus olet.

ORATIO V.
MARIA
In Natiuitate
HYACINTHVS.

Manus eius tornatiles, aurea, plena Hyacinthis. Cant.V.14.

CENSERETVR deeſſe plurimum amænitatis in horto, in quo, licet vernaret roſæ purpura, obleɛtaret nix lilij, titillaret ſuauitas violæ, raperet indoles Heliotropij, non luxuriaret tamē in vna ſua, vel pluribus aureolis ſpecioſitas *Hyacinthi*. Quare, cum *Hortus Marianus* collectum habeat, quicquid alicubi

Decus hortorum Hyacinthus.

In Mariano horto nihil deſideratur.

eſt ſparſum, & nihil in eo deſideretur hortenſium delitiarũ, fas non eſt opinari exeſſe *Hyacinthum*. Ita ſane *Hyacinthus*, ſi alicubi, hic rutilat, & regnum pene obtinet. Ne lateat, quis flos ſit *Hyacinthus*: eum deſcribamus; vtinam penicillo in tabulâ repræſentare poſſemus, aut viuum aræ ſpectandum imponere: quod multi deſiderant in tam multiplici de floribus argumento, ne poſtquam Commentationem noſtrã exceperunt, domum regreſſi, neceſſarium ſit conſulere herbarium latino-germanicum, vt intelligatur de quo flore tota hora ſit diſputatum. Itaque ſic accipite.

Hyacinthus ſpecies viola. HYACINTHVS genus eſt violæ, colore, obſcuræ purpu-

ræ, quem à Romanis, *Vaccinium* appellari, auctor eſt Dioſcorides. Galli, teſte Ruellio, ſeruato latini nominis veſtigio, vocant *Vacietam*. Habet autem hoc ſingulare, & viſendum *Hyacinthus*, quod venulis quibuſdam nigris ſit diſtinctus, ita diſcurrentibus, & ſe flectẽtibus lineis, vt duarum Græcarum litterarum α, & ι. figuram referant. Quæ res Poetis duplicis fabulæ occaſionem prębuit. Siquidem, & *Hiacinthum* puerum, dilectum ab Apolline, quem, imprudens, diſci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradũt, interiectionemque dolentis, αι, quæ ex duabus illis literis conficitur, veluti teſtimonium doloris, quem Apollo ex eius morte

Vaccinium.

Ruel. lib. III. c. 4.

Fabula de Hiacintho puero.

conceperat, habere inſcriptã. Præterea, Aiacem in eundem florem conuerſum aiunt, dum, impatientia prælati ſibi Vlyſſis, ſe ipſum interemit: duaſq; primas eius nominis litteras in hoc flore manſiſſe impreſſas. Ouidius vtramq; fabulam cõplexus eſt.

De Aiace & Vlyſſe.

Lib. XIII. metamor.

——— rubefactaque ſanguine tellus,
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis mediis pueroque viroque
Inſcripta eſt foliis: hæc nominis; illa querela.

Hyacinthus Deipara naſcentis ſymbolum.

OMITTO fabulas, *Hyacinthum* florem Naſcenti DEIPARÆ conſecro, quia in Horto Mariano in lucem prodeuntis diuinæ puellæ eſt hieroglyphicum.

cum. Certe *Hyacinthus* flos eſt natalitius, & hominem recens ex aluo materna prodeuntem refert. *Homo*, inquit Iob, *quaſi flos egreditur*. At qualis flos? non vt *Roſa, Lilium, Narciſſus*, qui lætitiæ ſunt quædam ſymbola, ſed quaſi *Hyacinthus*, qui dolentis plorantiſque interiectionē *αἰ* inſculptam habet, vt vagientem nobis repræſentet. Nam infantia, non à riſu, ſed à fletu orditur hanc lucem, prophetans, neſciens, quam mali regionem ingrediatur. Vagitu pueri ſalutant, hanc vitam: & ſic augurantur futura incommoda. Hominem nudum, & in nuda humo natali die abiicit natura ad vagitus ſtatim & ploratum: ſicque vix natus, manibus pedibusq; arcte vin-

Iob. XIV. 2.

August. XXI. *de Ciu. Cap.* 14.

Tertull. Lib. de Anima. 19.

ctis flet animal ceteris imperaturum, & à ſuppliciis auſpicatur. At quid exprimit? quod *Hyacinthus* impreſſum habet, eiulantis interiectionem, *αἰ*. Hæc prima vox eſt puerorum, dum mundum ingrediuntur.

Prima vox puerorum.

IT A tamen, vt virilis ſexus infans, literam, *αι* fæminini generis alteram partem interiectionis proferat: ſicque per A, *Adamum*, per, E, *Euam* malorũ omnium origines deſignent.

Lyra & interpret. Sapientiæ VII 3.

Omnis maſculus, A, *naſcens*; E, *fæmina profert*. A, *dat Adam genitor*: E, *dedit* Eua *prior*. Quod ſignificaſſe volunt Salomonẽ ſolenni illo carmine: *Ego natus accepi commuuem aerem: & in ſimiliter factam decidi terram: & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans* ſapientiæ VII. Illud

lud quod narratur de A, & E, vtrum ſit verum, dicere non habeo. Certe non reminiſcor, me, cum in lucem prodii ante XLVII. annos, has litteras protuliſſe, nec reor vllũ è vobis de ſe id poſſe teſtari. De aliis conſulendæ eſſent obſtetrices. Quod vt facerem, nondum mihi imperare potui.

Ego meam ſuſpicionẽ profero. Exiſtimo infantes dum naſcuntur, vocem emittere ploratus, quæ duabus litteris. *Hyacintho* inſculptis. A. &. I. continetur melius, quam α & ε. ingenioſos autem ſcripturæ enarratores, credere voluiſſe, eiulatu illo primo potius, ε exprimi, quam ι. vt eo facilius perſuaderent, *Euam* quoque nominari. Sed ad hoc opus *Infantiũ prima vox ploratus.*

non fuiſſet litterę alterius ſubſtitutione. Quoniam tam, *i*, quam, *e*, *Euam* exprimit, cum in originaria lingua, qua loquutus eſt Adam, *Eua*, *iſchia* dicatur. Itaque tam maſculus, quam fæmina, dum naſcitur, vagiendo effundit dolẽtis interiectionem *Hyacintho* inſcriptam, qua Adam & Eua denotantur, quorundam ſenſu.

Virago אשה *Iſca* *Geneſ. 2.*

An Deipara in natiuitate plorarit.

AT dices-nẽ tu, inquiet aliquis, Deiparam, emiſiſſe primam vocem ſimilem omnibus plorantem. Communis hæc lex eſt filiorum Adam: à qua, ne quidem exceptus fuiſſe Chriſtus creditur, nobis per omnia ſimilis factus, abſque peccato. De quo canitur Fortunati carmine.

Hebr. 11. 17.

Chriſtus vagitus.

Vagit infans inter arcta,
Conditus præſepia.

Nec dubitauit Bernardus, qui Chriſti vagitum, cum lacrymis, celebrat. Sed obſeruat, ploraſſe Chriſtum, dum naſceretur: *non ſicut ceteri, aut certe, non quare ceteri ſolent. In aliis ſenſus, in Chriſto præualebat affectus. Patiuntur pueri dum in natiuitate plorant, non agunt: vtpote nec ipſius adhuc vſum voluntatis habentes. Illi ex paſſione lugent: Chriſtus ex compaſſione. Illi iugum graue quod eſt ſuper omnes filios Adæ: Chriſtus filiorum Adæ peccata deplorat.* Et ſane, pro quibus lacrymas fundit in natiuitate, fundet poſtea ſanguinem in paſſione. *Ser. III. de Nat.*

ITAQVE dignitati Virginis nihil detrahitur, etiamſi dicamus, illam dum naſceretur, primam vocem ſimilem omnibus *Quomodo, & Quare ploraucrit Maria naſcens.*

bus emiſiſſe, & ploraſſe. Plorauit MARIA naſcens, ſed non vt ceteræ: certe non quare ceteræ. In aliis gemitus ille, & miſeris interpunctæ ſingultibus voculæ ſignificant, naſci miſerum: mortuum, antequam natum: iræ filium: Cacodæmonis mancipium; tenebrarum incolam: peccato originario fædatum: mille ærumnis obnoxium: inopem, inſipientem, calamitoſum. Plorabat *Maria*, nō ex paſſione: ſed compaſſione: non ſuam, ſed communem aliorum miſeriam. Illa iam tūc ab omni criminis næuo libera, electa, vt ſol; pulchra, vt Luna; Angelorum Domina, cęlorum Regina, Imperatrix hominū, Sponſa Patris, Genitrix Filij, Spiritus organum, Trinitatis deli-

delitium, lacrymas fundit, & plorat.

FORTASSE tuam, qui Marianus diceris, certe Chriſtianus, indignus eo titulo, tuam, dico, ad quodlibet perpetrandum facinus, quamuis enorme, proiectam audaciam: tuã laſciuiam, procaciam, luxuriem, turpitudinem: tuas fornicationes, adulteria, inceſtus, mollitiem: Germaniæ Sodomam, & Gomorrham. Lacrymas fundit *Maria*, & plorat tuas fraudes, iniquos contractus, in ſacris nundinationes, Simoniam. Tuam intemperantiam, guloſitatem, ebrietates, indeque ortas rixas, blaſphemias, ſacrilegia. Tuam auaritiam, furores, impietatem. Lacrymas fundit Maria & plo- *Deflet multorũ ſcelera.*

rat

rat Marianorum Sodalium in frequentandis Sacramentis debito modo negligentiam, in officiis pietatis Socordiam; in virtutum Chriſtianarum exercitatione ignauiam.

Lacryma Mariæ pudoris incitamentum & doloris.

FRATRES, lacrymæ MARIÆ, mihi, & pudorem pariunt, & dolorem. Ego rideo, dum viuo: plorat pro me, dum viuere incipit, *Maria*. Ego tripudio, ſaltito, ludo: *Maria* gemit, ſuſpirat, lacrymatur. Non pudeat, Dilectiſſimi, propriam negligenter diſſimulare paſſionem, cui tantam à maieſtate tanta exhiberi video compaſſionem! Compatitur Mater Dei, & plorat: patitur eius filius & ridebit! Vtinam! & nos exemplo Matris, tanquam boni filii *Hyacinthum* exprimeremus

mus, & memores ſtatus, & exi-
lii noſtri ſæpius dolentis ac ge-
mentis, quam lætantis, & ge-
ſtientis, ſignificationem ore
proderemus. Canimus quidẽ
cotidie. *Ad te clamamus exules fi-
lij Euæ. Ad te ſuſpiramus gementes,
& flentes in hac lacrymarum valle.*
ſed quotusquiſque eſt, qui nõ
mendaciter, certe cum falſita-
ta aliqua hæc Matri ſuæ obtru-
dit! Paucos ego vidi, nullos me
vidiſſe dicere poſſum, qui hæc
ſuſpirantes, gementes, & flen-
tes cantauerint: vt tamen ver-
bis proteſtamur. Sed quod nos
negligimus, pauculi faciunt
Deo cari ipſiq; noti, & omnes
facere deberent, facitq; omniũ
nomine Eccleſia, vt idcirco
veriſſima ſit communis ſaluta-
tio. Quam nemo rite pronun-
ciat,

ciat, niſi verbis res ipſa reſpondeat, & lacrymantis affectum in mente vt *Hyacinthus* dolentis elementa in foliis, hærentem habeat.

Hyacinthia feſtũ Hyacinthi. Athenæus lib. IV. cap. 4. NOTÆ. AD lacrymas nos duxit Natalis virginis. Ita *Hyacinthia* olim celebrabantur, ad renouandum luctum, & antiqui mæroris memoriam. ſed quid luctus cũ optatiſſimo natali? quid mæſtitudini cum auſpicatiſſimo Reginæ ortu? quid lacrymis in die lætitiæ? Nonne toties hodie occinimus: *Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus*; De Dominâ verius, quam de ſeruulo enunciatur: *Multi in natiuitate eius gaudebunt.*

Nominat auctores Tiraquel. lib. de Nobil. Cap. XXXI. Num. An apud Thracas, vel Trauſos, vel Ceſias, vel Candianos, vel Gadenſes agimus, qui natum

tum puerum lamentabantur: morientē cum lætitia efferebant? Gaudere poſſumus, & cum iucunditate Natalem virginis colere, ſimulque lacrymas fundere, & cum vagiente puellula plangere. Nihil enim iucundius Chriſtiano, quam eſſe memorem calamitatis humanæ, & miſeræ ſortis, ad quam natus: ſicque lacrymis ſe ſolari, ac felicitatis ſpem concipere. Nihil ſuauius, quam ad cunas recens exortæ puellulæ arrepere, & cum plangente ingemiſcere, amoriſque ſimul ac doloris gemmulas offerre: flere cum flente, gauiſurus poſtea cum gaudente. Hoc eſt eſſe *Hyacinthum* cum *Hyacintho*.

503. *& in Alex. ab Alex. li. II. Cap. 25.*

PLACET mihi viri pietate

&

Maria Natiuitas pœnitentiam commendat. & ingenio præclari commentum, qui, dum Virginem in natiuitate contemplatur, demonſtrat, Natiuitatem *Mariæ* pænitentiam & lacrymas cõmendare eius imitatoribus ac amicis. Attende menſem, in quo nata. Is idem eſt, cum illo, quo dedicauit Salomon tabernaculum, ſiue templum, in quo DEVS ſingulari quodam præſentiæ modo habitare decreuerat. De eo autem ſcribitur Lib. III. Regum VIII. Conueniſſe ad Regem Salomonem, dedicationis cauſſa, vniuerſum Iſraelem in menſe Ethanim: *Ipſe eſt menſis ſeptimus:* qui reſpondet Romanorum Septembri. Vox autem originaria, *Ethanim*, ſqualorem & aſperitatem ſignificat: vt idem ſit,

Didacus Baeza Comm. Moral. in Euan. lib. I. Cap. v. §. 2.

Lib. III. Re. VIII. 2.

Menſis Ethanim.

ſit, *Menſis Ethanim* : quod *Menſis aſperitatum*. Recte: an non enim vides, in ſeptembri, demeſſis frugibus, non niſi ſtipularum aſperitatem relinqui in agris? tunc incipere imbricitores ventos, exaſperari cælum: aerem nebulis oppleri, terram madere aquis: vt ardore æſtatis mitigato, vel depulſo, ſemina terræ commiſſa putreſcãt, & vires exerant? optandũ ſqualorem; aſperitatem diu deſideratam, & omni mollitie magis fructuoſam? *Menſis aſperitatum.*

HAVD diſſimilem ſqualorem & aſperitatem Mariæ cõmendat nobis Natalis, quem in menſe Ethanim celebramus, non abſque myſterio. Sed & nomen inſpice eius, quæ naſcitur. Naſcitur MA- *Maria nata in menſe aſperitatum.*

RIA

Etymon Mariæ.

RIA. Omitto vocabuli vſitatiſſimi nomenclaturas alias: arrideat illa, quæ ad rem maximè facit, qua *Maria*, guttam ſonat, aut ſtillam maris: & lacrymarum diſtillationem inſinuat, quibus verbum animis inſitum, ceu ſemen terræ mãdatum, creſcat, & fructum pariat. Etenim, Virgo hæc naſcẽs in menſe aſperitatum & ſqualoris, *noſtræ religionis noua*, inquit. S. Ignatius, *& pænitentiæ eſt Magiſtra.*

Non fidendum nimium ſolo patrocinio cælitum.

ADDIT vir pius: vtinam hæc didiciſſent: adiungo & ego, vtinam recogitarent, qui nimium fiſi, Mariano fauore, ac patrocinio Deiparæ, à lacrymis & maceratione corporis, aliiſque pænitentiæ officiis abſtinent. Sat eſſe exiſtiman-

mantes, ſi nomen Sodalitatibus aliquot dederint: ſi cordulam vt vocant, acceperint: ſi ſcapulare, vt vulgus appellat geſtauerint: ſi roſarium, vt paſſim nuncupatur, verſauerint: ſi à ſupplicationibus, & proceſſionibus Sodalitatum diuerſarum non abfuerint: ſi aliquot B. Virginis feſtiuitatibus Sodalium cætus frequentauerint: ſi oratiunculas aliquot, pro felici morte conſequenda, profuderint: ſi rei diuinæ quot ſeptimanis interfuerint: ſi templa aliquot circumiuerint. Hæc bona ſunt, haud dubie: laudari debent: & ad ea incitari fideles: ſed ad ſalutem non ſufficiunt. Chriſti eſt effatum: ſemel propoſitum: ſeruandum ſemper: nun-

Magni facienda ſanctorum patrocinia

Lucæ XIII. 5. quam mouendum : *Niſi pænitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* ſanctorum interceſſio: Deiparæ patrocinium plurimum valent : aliquid etiam faciunt chordæ, annuli, ſcapularia, grana, metalla, icunculæ, & ſimilia ſexcenta : ſed nolite nimium fidere. Ne quidem ſacramenta Eccleſiæ gratiam & ſalutem adulto peccatori conferunt, niſi adſit pænitentia. ſine hac, etiamſi ceterorum arcam plenam habueris, iiſque corpus inuolueris, & oppreſſeris : ſi cum peccato mortali ; vel vno , decedas, damnaberis. Quæſo, non decipiamus auditores noſtros, non blandiamur , non illecebris fallacibus ad nos ignarum vulgus attrahamus: Conſcien-

ſcientiam erroneam ſimplicibus non ingeneremus. Stat ſententia Iudicis æterni : *Niſi pænitentiam egeritis* (cuiuſcumque tandem ſitis conditionis, ſtatus, ordinis, veſtitus, tonſuræ) *omnes ſimul peribitis.*

MARIA naſcens, & in natiuitate plorans, querulamque, vt *Hyacinthus*, interiectionem circumferens ac ingeminans ad pænitentiam inuitat. Hodie conſecratur nomen MARIÆ. Quiſquis amans virginis, & eius ambiens clientelam, optanſque patrocinium ex guttula maris cadente lacrymas, gemitus, & aſperitate moleſtam vitæ conditionem addiſcat. Hoc eſt eſſe Marianum. Si ſic *cum iucunditate* Natiuitatem B. Mariæ, *celebremus,* *Maria naſcens pænitentiam ſuadet.*

ipſa pro nobis intercedet ad Dominum. Alioqui nemo ſibi imponat: nemo præſumat. nemo de ſodalis nomine nimiopere glorietur: nemo de coniunctiſſima cum miſericordiæ Matre adfinitate inaniter ſe iactet.

David Maria Pater plorat.

EXCIPITE, obſecro, ingenioſiſſimam ad hanc rem obſeruatiunculam Diui Patiani auctoris antiqui, in Paræneſi quam ſcribit de pænitentia. *David inquit iacuit in cinere ſordente: ſacco inſuper horrente deformis; Cui maria, cui ſiluæ, cui flumina ſeruiebant. Madidus lacrymis conſumſit oculos illos, quibus gloriam Dei viderat, & infelicem ſe miſerumque confeſſus* PATER MARIÆ. Perpende robur ſententiæ: admirandam vim argumenti illius excute: *Madidus*

dus lacrymis conſumpſit oculos Pater Mariæ. Si quis enim peccatorum à lacrymis & pænitentiæ ſqualore eſſet cohibendus ſane id illi videretur indulgendum, qui *Mariæ* pater erat, tanta coniunctione miſericordiæ Matri copulatus: tam arcto conſanguinitatis nexu, cum clemētiæ Regina conſtrictus: tam intime indulgentiarum Dominæ in eadem familiæ linea ſociatus. Et tamen non aliter veniam ſperauit, quam ſacco, lacrymis, carnis maceratione, gemitibus Pater *Mariæ*. Nec illa, quæ patrē lacrymis, & ſqualore duxit ad vitā, per aliam viam ducet filios ad regnum: quod non ocio torpentibus, ebrietate marcidis, ciborum affluētia extenſis, ri-

dentibus, ſaltantibus, tripudiantibus, pergræcantibus, bacchantibus: ſed laborantibus, eſurientibus, gementibus, ſuſpirantibus, lacrymantibus eſt promiſſum: nec aliis dabitur.

Seminādum in Lacrymis. Pſalm. CXXV.

Qui ſeminat in lacrymis in exultatione metet. Euntes ibāt & flebant mittentes ſemina ſua: Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Qui in in lacrymis ſeminat, *Hyacinthos* ſpargit, flores gemituum, & querelarū fructus dignos pænitentiæ, qui ad cœleſtis horti areolas cum exultatione transferūtur. Amat domeſticus Dei hortus *Hyacinthos* quos idcirco & ipſe in mundo ſeminat, vt deinde ad ſuum illos hortum transferat. DEVM animas corpori-

Hyacinthos ſeminare.

Deus ani-

poribus, creando, & infundendo, inſerentem, concipere ſoleo, vt ſeminatorem, ſpargentem ſemen *hyacinthorum*, qui ſi feliciter proueniant, & non degenerent, quemadmodum non degenerauit *Maria*, vt *Hyacinthi* naſcuntur, viuunt, occidunt ſemper flentes, & gementes, quamdiu ſunt in hac lacrymarum valle: dein transplantantur.

mas vt Hyacinthos ſpargit.

NESCIO an hanc imaginem, Dei ſeminantis *Hyacinthos* ſumere liceat ex nouo illo, & eatenus inaudito ſummi Principis elogio, in quo ſponſa Dilectum depingit, Cāticorum V. à capite ad calcem, & de manibus quidem inquit: *Manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.* Quid hoc eſt aliud, quam

Cant. V. 14.

Manus plenæ hyacinthis.

bonum illum Agricolam circumire, & Hyacinthos è manibus in gyrum actis, vt ſeminatores ſolent, ſpargere?

Hyacinthus gemma.

SCIO per *Hyacinthos*, eo loci, Interpretes ſacros intelligere gemmas: vt ſenſus ſit, ſponſi manus, digitosque eſſe pulcherrimos, & affabre factos: pyramides illas digitulorum ad perfectam rotunditatem, æquabiliter, perinde, ac ſi torno elaboratæ forent, protendi: & carneis annulis circumcirca, quaſi cinctas micare. *Aureas* videri, quia nihil illarum cute nitidius. *Plenas hyacinthis:* quoniam vngues digitorum videantur, tum pelluciditate, tum colore: vt, quando exardeſcit animus, leniter purpurare: quando vero timore, aut mæ-

Manus ſponſi.

mærore ſponte ſuſcepto percellitur, citrino, vel cęruleo imbui: & ſic auro incluſis hyacinthis aſſimilari. vel manus ſimiles eſſe annulis aureis, qui repleti ſunt lapidibus preciosis ſimilibus hyacintho.

VERVM, in originali ſermone, loco *Hyacinthi*, nomen eſt generale, quod ad res diuerſas ſignificandas referri poteſt: modo colorem habeant, quē mare, & cyaneum. Quare LXX. legunt: *Manus eius tornatæ aureæ impletæ Tharſis.* Hæc autem vox & mare ſignificat, & alia eiuſdem coloris: quales ſūt lapides varii, & Flos *hyacinthus*. MARIAM nō minus *Mare* refert, plenam amaritudine, quam flos *Hyacinthus* eiuſdem coloris, qui nunc ex Annæ fe- *Tharſis.* *Maria, Mare Tharſis, Hyacinthus.*

liciſſimæ genitricis vtero, vbi hactenus delituit tanquam ex fæcunda tellure, prorumpit, effloreſcit, & odorem longe, lateque diffundit, & efflat ſuauiſſimum, nempe ſeminatus haud ita pridem à cæleſti Agricola: cuius *manus* ſunt *tornatiles, aureæ, plenæ Hyacinthis*.

A. & I. in Maria inſculpta. SED an idcirco tantum MARIA ſit *Hyacinthus* in natiuitate, quia plorantis, gementiſque, per inſculptas ſibi litteras, eſt Symbolum? Abſit. Serenemus frontem: mittamus triſtia: *Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus.* Dicamus, duo elementa, *Hyacinthi* foliis impreſſa, *Alpha* & *Iota*, ſignificare, quem recens nata puella ſemper circumtulit inſculptum ſibi, in verbis, tanquam

quam in foliis; in corde, tanquam in trunco; in opere, tanquam in fructu. O animatum *Hyacinthum*.

PHILOSOPHEMVR aliquantiſper, ſed pene pueriliter, id eſt, Gammaticaliter, ex litteris & alphabeto: cur enim non puerafcamus, cum, de *Infante*, non Hiſpaniæ, ſed cæli diſſerimus? litera, A, ſiue, α. ſiue ℵ. aleph, apud latinos, Græcos, & Hebræos: imò, alias quoque nationes primum obtinet locum ſecundum ordinem litterarum. Apud latinos figuram habet triangularem: & conſtat tribus lineis. arcano intellectu Deum ſignificat, rerum principium, vnum eſſentia, trinum perſonis. Ita Chriſtus, cum ſe Deum credi vel-

Quid A Symbolicè.

A. α. ℵ. *Prima littera triangularis.*

Apoca. 1. let illud pronunciauit. *Ego ſum Alpha, & omega; principium & finis.* Hac perſuaſione ducti fortaſſe, qui conſcripſerunt olim librum de infantia Saluatoris, narrabant Dominum, cum puer eſſet, ediſceretque litteras interrogaſſe Magiſtrũ, dic A. reſpōdiſſe Chriſtum A. rurſum, cum Magiſter iuſſiſſet dicere, B. reſpōdiſſe Dominum: Tu prior dic mihi, quid ſit A. id eſt, Deus, eius ſubſtantia, ac perfectiones, & ego dicam tibi, quid ſit, B, nempe, creaturæ. Commētum hoc fuit Valentinianorum, vero tamē nixum fundamento, quod, A. Deum ineffabilem, ac incomprehenſibilem ſignificet.

Irenæ. lib. 1. aduerſus hæreſ. Cap. 17. Baroni. Tom. 1. Anno Chriſti XII.

Quid I. ſeu iota! quæ eſt altera in *Hyacintho* littera ſi conſulam arithmeticam, deſignat,

denarium, vel decem: ſi ſymbolicam, ſignificat, vt refert Clemens Alexandrinus, IESVM, qui omnem hominum & creaturarum perfectionem habuit. Vnde illud: *De plenitudine eius omnes accepimus.* *Clem. lib. II. Pædag. Cap. 4. & lib. 6.*

HÆC duo A. & I. *Deum*, & *Ieſum*. multo expreſſius quam *Hyacinthus* ſua elementa, animo & corpori inſculpta habuit Maria. Nihil illa cogitabat quod ad *Deum* non tenderet: quod Ieſum nō alliceret: quod vtrumque non aduocaret: quod ad vtriuſq; gloriam non pertineret. Nihil loquebatur, quod *Deū* non reſonaret, quod *Ieſum* non exprimeret: quod ad vtrumq; non referret: quod vtriuſque honorem non promoueret. Nihil faciebat, quo *In corde Mariæ Deus & Ieſus.*

 ſibi

ſibi non *Deum* demeretur: quo ſibi non *Ieſum* deuinciret: quo non vtrumque deprædicaret: quó non vtriuſq; amorem inflammatiſſimum oſtenderet. DEVM & IESVM MARIA die noctuque habebat in corde, ore, manibus: in cogitatu, verbo, opere. DEVS & IESVS ſomnianti occurrebat; vigilanti obuerſabatur. DEVS & IESVS in ocio contemplantis erat materia: in negocio, operantis ſolatiũ. Hoc eſt eſſe *Hyacinthum*, litteris ſignatũ, A. & I.

Modus excludendi cogitationes vanas.

QVALES, ſi nos eſſemus, vt eſſe, ad Matris imitationem noſtræ, deberemus, facile inanes rerum vaniſſimarum cogitationes, quibus exagitamur aſſidue, animo excluderentur. Non occurreret oranti, culi-

culina, cella, cratères, paropſides, vxor, filij. Non infeſtarẽt, in templo rei diuinæ operam dantem idola per capitis inane volitantia, voluptatum, dignitatum, honorum. Facile diſſiparentur euanidæ ſpecies nugarum mundialium. Multo minus accerſeremus, dum vacandum Deo ſoli, ſimulacra ſaltatricularum, formulam veneris, icunculam Dianæ, imaginẽ procacis puellulæ. Quas in eccleſiis, in proceſſionibus, in templorum viſitationibus, aſpectu, nutu, nictu, fabulis, riſu, geſticulationibus aduocamus, & cerebelli inanis tabulæ inſcribimus, vt euelli deinde, aut eradi, cum maxime vellemus, non poſſint.

IMITEMVR Patronam noſtram, *Maria ſemper Hyacinthus.*

ſtram, quæ vt in ipſa Natiuitate, ita toto deinceps vitæ tẽpore, fuit *Hyacinthus*, & eius intercesſione impetremus, vt & nos ſimus, duabus notati literis, A. & I. DEO ac IESV: nec erit difficile ſemper de illo cogitare, loqui, agere, cuius nomen, non ſuperficietenus inſcriptum, ſed penitiſſime diuini amoris ſtilo in corde, lingua, manu inſculptum circumgeſtabimus.

Hyacinthus flos vniuerſalis.

EST alia cauſa, cur puellam modo natam *Hyacintho* comparandam putauerim. Specto in *Hyacintho* quandam vniuerſalitatem, ſiue locum deſignes, ſiue tempus. Vix eſt flos, qui tot locis oriatur, vnde denominationem, varietatemque ſumit, ac *Hyacinthus.*

Quoad locum.

Orientalis.

Occidentalis.

Cele-

Celebrant plantarum, ſtirpiumque ſcriptores, *Hyacinthum* orientalem, & occidentalem: *Hyacinthum* Germanicũ, Belgicum, Gallicum, Hiſpanicum, Anglicum, Luſitanicũ, Vernum, Auctumnalem: cur non etiam Æſtiuum, & Hybernum? Sodales: *Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus.* Ortus eſt hodie *Hyacinthus*? Cuius regionis? non clauditur vna, quæ omnium eſt Regina. *Hyacinthus* eſt MARIA. Flos vniuerſi: non orientalis magis, quam occidentalis: imo ſeptentrionalis, & meridionalis: omnium plagarum mundi, & climatum delitiæ.

Germanicus. Belgicus. Gallicus. Hiſpanicus. Anglicus. Luſitanicus. Quoad tempus Vernus. Auctumnalis. Æſtiuus. Hybernus.

Hyacinthus. An Italicus tantum? nimis anguſti ſunt hi termini. An Hiſpanicus ſolum? non

Maria in omnibus locis Mater.

non arctatur hoc limite. An Gallicus ſignate? ſunt & alibi Mariani. Ortus eſt *Hyacinthus*, vno die, omnium terrarum & gentium. Et nobis igitur ortus, Germanicus, Alemannicus, Franconicus. Nimirum MARIA, Flos eſt, non vnius ſoli; Mater eſt, non vnius familiæ, non vnius regni, non vnius imperii, ſed vniuerſi, quia viuentium. Omnes illam, vt Genetricem, agnoſcunt: quia omnes eius lacte indigent. Omnes, vt Aduocatam, ſalutant, quia cuncti eius patrocinium implorant. Omnes, vt Dominam, venerantur: quia vniuerſi ſeruitutem eius expectunt.

Flos vniuerſi.

MATREM illam vocamus, vt DEVM, Patrem: non *Meam*, *Tuam*,

Pater noſter non meus.

Tuam, *Suam* : ſed vt Chriſtus docuit, *Noſtrum* , & *Noſtram*. Cur putatis in oratione dominica non dici, *Pater meus qui es in cælis*? Non *Meus* eſt magis, quam tuus, illius, iſtius. Itaque, vt generalis omnium concipiatur, dicimus, *Noſter*. Nec alio modo, Mater *noſtra* Maria. Nimis anguſti pectoris ſunt illi, & amore ſui excæcati, qui ita illam ſuæ innectunt, aut adſciſcũt familiæ, ordini, clauſtro, ac ſi non eſſet vllius alterius. Omniũ eſt Patrona, quæ Saluatoris omnium eſt Mater. Nec locorum ſolum: ſed & tẽporum intuitu, *Hyacinthus* vniuerſalitatem commendat: *Auctumnalis*, *Vernus*, *Æſtiuus*, *Hybernus*. Sodales: *Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus.* *Mater noſtra Maria: non mea.* *Maria ſemper Hyacinthus.*

Orta

Orta quidem eſt Maria in au-ctumno: ſed æque floret omni virtutum decore in vere, æſtate, hyeme. Orta eſt ſemel Patrona in auctumno: ſed nõ deſinit patrocinari quolibet anni tempore: in hyberno calamitatis; verno melioris fortunæ, in æſtiuo affluentiæ.

Adoleſcentes plerique boni.

Non eſt MARIA, vt noſtrũ plerique, qui *Hyacinthum* exprimimus in vere adoleſcentiæ, ſed tunc tantum, memoria recolendo Deum: eius mandatis obſequendo, conſiliis nos accommodando, pietatis officiis vacando. At in æſtate ætatis virilis, in auctumno ſenectutis, in hyeme decrepiti ſtatus, deſinimus, qui ante fuimus, non flores amplius: ſed lappæ, tribulique, & ſi quid vilius iſtis.

Degenerant.

Man-

Manſit ſemper *Hyacinthus*, *Maria*, ſui ſimilis in omni ætatis flexu nunquam non *Dei* & *Ieſu* ſignata elementis.

Angelicus iuuenu ſenib. ſataniʒat in annis.

PRORVMPIT hodie, ex ſterili hactenus, nunc fæcundiſſimo Annæ ſolo, vt *Hyacinthus*. Hic flos in arcana ſapientia, ob colorem, cæleſtium rerum ſignificationem cõtinet. Certe in diuinis litteris ornatus Pontificis ſummi dum deſcribitur, nominatur *Hyacinthus*. Iubetur enim tunicam habere interiorem, quæ fiat ex lino, materia quippe terreſtri; ſuperindui autem podere, vel hypodyto hyacinthino. Cæleſtis enim color, dubio procul, eſt hyacinthinus, inquit Hieroglyphicorum Doctor, monimentoque eſt, Pontifici cæ-

Hyacinthus coloris carulei.

Pontificii ornatus Hyacinthinus.

Pierius lib. XL.

leſtia

leſtia demum meditanda, cæleſtia tractanda, cæleſtia diſcutienda, totamque mentis agitationē, circa ea, quę cæli ſunt, exercendam ſacerdoti. Ob eādem cauſſam, cum de Tabernaculi apparatu præcipitur, frequenter fit mētio *Hyacinthi*, coniungiturque cum purpura, & cocco. Nimirum, indicatur ſymbolice, Tabernaculum celi imaginem eſſe: & quæ Cælorum ſunt, in eius ornatum adhibenda.

In tabernaculi ornatu hyacinthus.

Inter myſticas etiam Iudæorum veſtes, quibus deſignātur virtutes variæ, animarum indumenta, reperio calceationē hyacinthinam, vel ianthinam. *Calceaui te Hyacintho, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus,* inquit DEVS, ſponſæ ſibi caræ. Iere-

Myſticæ Iudæorum veſtes.

Calceatio hyacinthina.

miæ

miæ XVI. *Calceus pedes protegit, & ornat*; pedes adfectus ſignificant: his ad cæleſtia eſt eundũ: ideo calceantur *hyacintho* : vt intelligatur, affectus, ac deſideria, quibus, tanquam pedibus, mouetur anima, ſemper Dei ſponſam ad cæleſtia direxiſſe. Merito calceus ex *Hyacintho* conficitur : quoniam *Hyacinthus*, vt ſcribit Hieronymus, cæli habet ſimilitudinem : & cæleſtia deſideria ſunt: quæ amorem tollunt terrenorum. Ita calceati erant, qui dicebant: *Cõuerſatio noſtra in cælis eſt.*

Hier. Ezech. 1. de Gemma loquens.

Philip. III. 20.

PVELLA, quæ naſcitur, non originis eſt terrenæ, ſed cæleſtis: nõ adfectuum vilium, ſed ſublimium: non deſideriorum humanorum, ſed diuinorum; donis omnibus cæleſtibus, cumu-

Maria Cæleſtis conuerſatio.

mulata. Conuertamur & nos in *Hyacinthos*. Erigamus cogitationes noſtras à terra, à reb. viliſſimis huius mũdi, ab opibus, honoribus, corporis commodis, & voluptatib. Non inhæreamus ſemper luto delectationum terrenarum. Cæli colorem referamus linguâ & opere. Non ſemper loquamur de rebus vanis, tranſitoriis, terreſtrib. aliquando ẽt de ſolidis, permanentibus, cęleſtibus. Operemur, nõ tantum vt in hac vita nobis bene ſit: ſed etiam, vt vitam cõſequamur æternã. Omittamus, & deteſtemur impietatem, & ſecularia deſideria: ac ſobrie, iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo. denique, conuerſatio noſtra in cælis ſit.

Hyacinthus medicinalis. Hoc eſt eſſe *Hyacinthum* Ma-

Marianum, cuius Natiuitatem cum iucunditate celebremus, quia *Hyacinthum* morborũ noſtrorum præſentaneum remedium accepimus. *Hyacinthus flos eſt medicinalis.* Nata eſt hodie Diua ſoſpita, SALVS INFIRMORVM: quam ita loquẽtem inducere iuuat verbis à Damaſceno mutuatis: *Nunc diuina in me habitat gratia. Ego euaſi officina medicinæ ægrotantibus. Ego ſum fons perennis curationum. Ego ſum refugium omnibus ad me confugientibus.* *Ioan Damaſc. Orat. de dormit. virg.*

HYACINTHI vis eſt maxima in coercenda pubertate, vt loquitur Plinius. Symbolum intelligitis: nec opus eſt clarioribus verbis. Infeſtantur multi à Satanâ in ea corporis parte. Omnibus ineſt fomes, qui ad *Hyacinthus coerceet pubertatem. Lib. XXI. cap. 26.*

ignis conſpectum facile flammam cõcipit. Circumferimus, dum viuimus, additamentum Leuiathan. Paulum etiam colaphizabat Angelus Satanæ, carnis ſtimulus. Indomita eſt cõcupiſcentia. Quomodo cohiberi ſaltem poteſt? *Paulus* caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutẽ redigit. Quod nõ fit profecto vulpinâ caudâ. *Hieronymus* pect᷑ tũdit, nõ leui digitorũ pulſu, ſed graui lapidis percuſſu. *Franciſcus* in niue ſe voluit nudus, & vxorculã ex niue conficit, cuius frigore flammas extinguat. *Benedictus* detracta ſibi veſte in ſpinis ſe rotat, vt carnis ſtimulũ ſpinarũ aculeis contundat. *Gulielmus Aquitanus* ferreo thorace pectus, catena renes cõſtringit, vt hac fibula ſen-

II. ad Corinth. XII. 7.
Cohibendæ concupiſcentiæ modi.
Paulus.
Hieronymus.
Franciſcus.
Benedictus.
Gulielmus Aquitanus.

ſenſualitatis belluam frenet. *Dominicus* catena in dorſum ſæuit, profecto non vt muſcas abigat, Damiani ſcopis ſe armat, & nouus in palæſtra Chriſti virgator, corpus ſæuiſſime dilaniat.

Dominicus Loricatus. Petrus Damianus.

ADHIBENT alii ad eiuſdem morbi curationem: eſt enim morbus, iſq; grauis, ac periculoſus; aſperitates varias, ciborum abſtinentiam, ieiunium, aridarum eſum eſcarum, humicubationem, veſtem ciliciñ; afflictationes carnis, à vigilia, peregrinatione, flagris, crucis baiulatione, ſolitudine, & ſimilib. Probo omnia & magnifacio, ac auctor ſim ſodalibus, quos hortor, & impello, vt aliquid ex his admoueant carni ſuæ, ſi velint eſſe caſti. Nam

Remedia ad caſtitatis conſeruationem

In deliciis periclitatur caſtitas.

mihi nũquam perſuadebitur, cum copioſo cibatu, ac potatu: inter diſcurrẽtes per omnes domus ambitus, & angiportus ſpecioſas, & illecebroſo vultu pellicentes ad facinus puellulas: in conclaui fædis exornato imaginibus, in lectorũ plumea mollitie caſtitatem eſſe ſecurã.

Mariæ patrocinium caſtos facit.

SED cur non inprimis ad *Hyacinthum* recens ortum conuertimur? Cuius efficaciſſima eſt virtus in coercenda pubertate: in cõſtringendis caſtitatis cinctu renibus, ad infringendum ſæuientis impetum Leuiathan. Dicam hoc clarius. Ad caſtitatis florem intactum conſeruandum: ad retundendum carnis petulantiſſimæ, ac procaciſſimæ ſtimulum: ad fędas omnes, & honeſtati contra-

trarias cogitationes abigẽdas, nihil magis ſalutare, quã Mariæ, ceu *Hyacinthi*, conſpectus; expreſſio, ſiue imitatio: & patrocinium.

DVM varias tibi Dæmon formas iniicit ſpecioſarum, vt delecteris: dum ſponte, vel per incogitantiam aduocatæ blãdiuntur: dum apertis ſenſuum feneſtris, quę claudẽdę eſſent, ne admitterẽt vanitatem, aduolant turpiſſimæ harpyiæ, vt omnia collutulent: propone tibi *Mariam*, vel finge per imaginationem, ac ſi coram cerneres: & cogita nitidiſſimam, caſtiſſimam, puriſſimam: audeo ſpondere, auolaturas infauſtas alites: ceſſaturam tentationis, quamuis violentiſſimæ, vehemẽtiam. Habuit hoc Mariana MARIÆ *forma animo imprimenda.*

forma, dum nobiſcum inter mortales egit virgo, vt intuentes quoslibet ad caſtitatis amorem pelliceret, ac furentis cohiberet tyrannidem concupiſcentię. Licet eximium, & admirabilem decorem *Maria* præſeferret, inquit magnus virginis cultor, Bonauentura, ex eius tamen aſpectu omnes ad puritatem, & maiorem vitæ honeſtatem excitabantur. Eadem vis eſt in eiuſdē icone, per imaginationē, cogitatiuæ artificis penicillo formatæ. Fac, quod ſuadeo, & experieris.

Imitatio Mariæ efficax ad caſtitatē cuſtodiendam.

At maior eſt eiuſdem *Hyacinthi*, ad eundem finem efficacia, ſi illum exprimas imitatione. Securiſſima erat virgo *Maria* de caſtitatis ſuæ illibata cōſeruatione: nec ſe lędi poſſe tot diui-

diuinis vallatam præſidiis : & tamen ſummam atque incredibilem ad eam cuſtodiendã adhibuit diligentiã. ſiquidem ab omni virorum colloquio, tum aſpectu fuit aliena. Vt idcirco ab Iſaia Propheta Cap. VII. (*Ecce* virgo *concipiet*) dicta fuerit *Alma*, Hebræa voce, quã LXX[ta] vertunt, παρθένος: & ſignificat adoleſcentulã ab hominum aſpectibus abſconditã, ſecretam, & probatiſſimæ pudicitiæ. Vt Galatinus interpretatur, qui etiam adiungit: oculos Virginis B. in nullam rem obſcænam, nihilque, quod illicitum eſſet, fuiſſe coniectos. Atq; inter alia Dei dona, illud fuiſſe eximium, vt ſi forte aliquid inconceſſum, aut minus ſummæ puritati conſentaneũ audi-

Cuſtodia Mariana caſtitatis.

Gal. lib. de Arcanis c. 5. & 10 Cantifi. lib. II. Cap 13. Spinell. c. XXXII. n. 29.

auditura, aut viſura eſſet, illico illius aures, atq; oculi arctiſſime clauderentur. Imitare, qui puritatem amas, & auerte oculos tuos ne videant, aureſque, ne audiant vanitatem: ac tutus perennabis: vt nominatiſſimus è coadiutoribus noſtræ ſocietatis Alfonſus Rodriquez, qui collegii Maioricenſis ianitor per XLVII. annos fæminam de facie nunquam vidit: ideoque crebro à *Virgine virginum* fuit viſitatus.

Alfonſus Rodriquez.

Intercesſio Mariæ pro caſtitatis conſeruatione.

IDEM obtinebis eiuſdẽ puriſſimæ Virginis intercesſione, quæ eſt plane ſtupendæ, & nũquam ſatis explicãdæ virtutis, modo te illa non indignum exhibeas. Quid enim Matri gratius, quam eiuſdẽ notæ habere quam plurimos filios? Eſt illa

Hya-

Hyacinthus: ſed & manus eius tornatiles aureæ plenæ *Hyacinthis*. Talis *Thomas* Aquinatium comes, qui in ætatis flore propudium titione abegit. Talis *Bernardus* qui incōdito clamore ſcortum repulit. Talis *Bernardinus*, qui integerrima pudicitia adoleſcētulus floruit. Talis *Edmundus* Cantuariēſis, qui ad illicita pertrahentem fortiſſime profligauit. Talis *Iacobus* Regis Luſitani nepos, qui mortem ſubire, quam caſtitati contraria patrare elegit.

Thomas Aquinas. *Bernardus.* *Bernardinus.* *Edmundus.* *Iacobus Luſitanus.*

Ne ſe pollueret maluit ille mori.

Talis *Caſimirus* Poloni Regis filius, qui mortē oppetere potius quam legem continentiæ virgineæ violare voluit. Talis *Michael* Verinus Poëta Hiſpanus, qui vix XVII. annos natus pu-

Caſimirus. *Michael Verinus*

pudicitiæ ſeruandæ ſtudio vitā contēpſit. Talis *Robertus* Cardinalis *Nobilius*, qui carnis integritati iacturam vitæ poſthabuit. Talis ex eadem familia, *Robertus* Cardinalis *Bellarminus* qui quam à matre virginē carnem acceperat, quam à ſacro lauacro innocētiam, Deo reddidit. Talis *Henricus* Imperator Deiparę ſtudioſiſſimus, qui cū *Cunegunde* vxore perpetuā virginitatem coluit. Talis *Emerius* D. Stephani Hungarorum Regis filius, qui cum ſpōſa regia carnis integritatem illibatam perpetuo cuſtodiuit. Talis *Pelagius* adoleſcens, qui prima nuptiarū nocte in ipſo thalamo nuptiali ſponſæ caſtitatem perſuaſit. Talis *Elzearius* comes, & *Delphina*, qui pari cōſenſu

Robertus Nobilius.

Robertus Bellarminus.

Henricus Imperator.

Chunegunde.

Emerius.

Pelagius.

Elzearius.

Delphina.

ſenſu, incorruptum virginitatis florem DEO conſecrarunt. Quod etiam fecere *Chryſanthus* & *Daria*, in Italia: *Anſbertus* & *Angadriſina* in Gallia: *Alfonſus* II. *Caſtellæ Rex* vocatus *caſtus* cũ *Berta* in Hiſpania: *Boleslaus*, dictus *Pudicus* cum *Kingas* in Polonia: *Eduardus* & *Ægica* in Britannia: alibi, *Amon*, *Amator*, *Arnulfus*, & alii non pauci. *Cryſanthus.* *Daria.* *Boleslaus.* *Kinga.* *Eduardus.* *Ægica.* *Amon.* *Amator.* *Arnulfus.*

TALIS *Nicetas* ſpecioſiſſimus iuuenis, qui vinctus in ſtrato, præciſam morſu findente linguam; cũ ſanguinis profluuio, in prouocatricem eſt eiaculatus. Talis puerulus Hiſpanus, *Pelagius*, qui à Rege barbaro de turpitudine identidem appellatus, cum precibus vinci non poſſet, & vis adhiberetur, procaci ac libidino- *Nicetas.* *Pelagius.*

ſo Principi pugnos in faciẽ impegit. Talis denique, vt innumeros alios ſileã, *Ludouicus* Cathaleunẽſium Epiſcopus, corpore perquam venuſto, ſed æquè pudico, qui à Regina opportuno loco ad flagitium inuitatus, ita toruum eſt intuitus procacem fæminam, vt territa ſe ſubduxerit: cuius oculus, cui germanũ ſodalibus opto, poſt cccc. & ampliùs annos, in cadauere lucidiſſime, inſtar cryſtalli, ſplenduit.

Ludouicus.

Epilogus cum anacephaleoſi.

TALIS & Tu eſſe poteris, ſi, ad Matris tuæ imitationem, vt *Hyacinthus*, dolentis & gemebundi elementa, cordi, linguæ ac manibus: hoc eſt, cogitationibus, verbis ac operibus, per aſſiduam humanæ miſeriæ pẽſitationem, inſculpta, circumtule-

tuleris. Si non minus ijſdem litterulas, A. & I. DEVM, ac IESVM expreſſeris, cogitatu, verbo, opere; ſi, quod colore monet *Hyacinthus*, cæleſtia frequentius quam terrena; æterna, quam temporalia; diuina, quam humana contemplatus fueris. Si deteſtatus impietatẽ & ſecularia deſideria cæli colorem vbiq; conſtanter exhibueris. Si oculos ſtudioſe à vanitate auerteris. Si malorũ occaſiones diligẽter vitaueris. Si carnem ieiunio, vigilia, flagris ſubegeris. Si ad Matrẽ, tanquã aſylũ, in omni diſcrimine confugeris. Si in manibus eius, quę ſunt tornatiles, aureæ, plenæ *Hyacinthis*, ſpem, rem, fortunas tuas omnes, deniq;, animã, innocentia, virtutumq; fragran-

tia, vt florum maſſulam ſuaueolentem collocaris: illud frequenter ingeminans.

Virgo ſingularis.
Inter omnes mitis.
Nos culpis ſolutos
Mites faciet caſtos.

Sparge in hunc Tibi æternis deuinctũ votis Sodalium tuorum conſeſſum benigna Mater donorum cæleſtium *Hyacinthos*. Nam, *manus tuæ tornatiles, aureæ, plenæ Hyacinthis.*

NOTÆ.

HYACINTHVS, ὑάκινθος, תכלת thehelath, *Significat primo, florem ex genere violarum: ſecundo, gemmã flori ſui nominis colore perſimilem: tertio, lanam coloris eiuſdem.*

ι υ *Adeo affinia ſunt ι. & υ. elementa, vt facile ſit augurari,* ἴα, *Violas, cognomento dictos fuiſſe antiquis flores ſpecioſiſſimos*

quoſq;

quoſq₃, præſertim vernos, & coronamentis innecti ſolitos. Vnde tot florum generib. diuerſis Violæ vox, quaſi hyolæ, cõmunis facta ſit : & proinde accomodata hyacinthis. *Quorum purpureũ Plinius ab antiquis nigram violam vocatam meminit propter cõ. colorem hyacinthinũ, ſeu violaceum florẽ. Lobelius in Aduerſariis ſtirpium.*

De natiuo colore Hyacinthi *lis eſt. Cluſius lib.* II. *hiſtoriæ plantar. Sic ſcribit.* Flos *Hyacinthus* totus quaſi cæruleus, vel ſubcineraceus: vel dilutius purpuraſcens, & hilaris, aut ſaturitate purpureus, & ad nigræ Violæ colorem fere accedens inuenitur.

Hæreticus Interpres Exodi XXV. 4. Hyacinthum *vertit Germanice-belgice* gaele ſide, *flaua byſſus: quaſi flauo ſit colore,* hyacinthus *lana. Melius Louanienſes in ſua verſione,* hemels blavve ſide, *cærulea byſſus, Mercerus explicans vocem* תכל thachal *vel* תכלת thechelath *ſcribit Iudæos exponere,* ſericum blauum *fictitio vocabulo ex voce Germanica,* blavv. *Certe, Plinius lib. XXXVII. Cap.* 10. *gemmæ, quam* *Mercerus in lexico Pagn.*

hya-

hyacinthum *nominamus*, *tribuit fulgorem violaceum dilutum: qui ad cæruleum accedit. Agnoſcitur enim tum in flore, tum gemma colorum miſtura ex violaceo, purpureo, rubro. Vt non male Plinius gemmæ tribuat*, Velut ex carbunculo in purpura refulgentem quendam roſeum colorem, prȩter violaceum, dilutum.

Hyacinthus purpureus. AVCTORES *paſſim* Hyacinthum *florem* purpureum *dicunt*: *vel* phœniceum, *aut* ſuaue rubentem. *Euphorion de purpureo colore.*

πυρφυρέη ὑάκινθε

Purpuree hyacinthe:

Dioſcorides lib. IV. Cap. 63. dum florem illum deſcribit, addit eius cauli comam incumbere, ἄνθυς φορφυροειδοῦς πλήρη: florib. purpureis plenam. *Quadum illuſtrat Matthiolus, hæc ſcribit. Floret cũ violis circa finem Martii, & Aprilis initium: florentem emittit comam ab ipſo caulis medio vſq; ad ſummum purpureis circumdatum floribus: qui matureſcentes ad terram incuruantur, perdurantq; diu antequam contabeſcant. Hetruſcis noſtris Hyacinthi vulgo vocantur* cy-

cypolle canine. *Flores primo ſtatim exortu noſtrates pueri colligunt ob purpurei coloris præſtantiam.*

VIRGILIO *eſt ſuaue rubens* Hyacinthus. *Theocritus Idyll. x.* nigrum *vocat: fortaſſe ob punctorum multitudinem, quæ nigri ſunt coloris.* *Rubens.* *Niger.*

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐςὶ ϗ ἀγραπτὰ ὑάκινθος·
Ἀλλ᾽ ἔμπας ἐν τοῖς ςεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται.

Quod Virgilius pene expreſſit:

Et nigra violæ ſunt, & vaccinia nigra.
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. per vaccinia, intelligens *Hyacinthos.*

Iterum Virgilius Lib. IV. Georg. Claudian. Lib. II. de raptu Columellæ. Lib. X. de hortis: Hyacinthum ferrugineum *cognominant. Ferrugo autẽ proprie eſt calor chalybis natiuus. Quocirca Claudianus,* ferruginem hyacinthi *vocat dulcem. Quod pluribus explicat Dodonæus in Pemptade ſecunda ſuæ hiſtoriæ. Idem color denotatur Apocalyp. IX. vbi locuſtæ dicuntur armatæ* loricis Hyacinthinis, *id eſt Chalybei coloris,* *Ferrugineus.*

loris, qui idem cum cæruleo, & aneus ob ſplendorem, terroremque.

Forma Hyacinthorum. MVLTAS Hyacinthorum *formas exhibet Matthias Lobelius in Hiſtoria ſtirpium, Primus eſt* Hyacinthus *Theocriti & Poetarum Anglicus flore iridis. Secundus, Hiſpanicus. Tertius, Poetarum luteus ſemine in ſiliquis prægnans. Item luteus Luſitanicus. Quartus Latifolius. Quintus, Germanicus Liliflorus ſtellaris. Sextus, Auctumnalis. Septimus, Orientalis Græcus. Orientalis maior polyanthos. Octauus Hyacinthus comoſus minor, & maior.*

Anglicus. Hiſpanicus. Luteus. Latifolius. Auctumnalis. Orientalis. Comoſus.

OVIDIVS *Lib. X. Metamorph. Ita fabulam enarrat inducens Apollinem* Hyacinthi *pueri à ſe imprudenter occiſi caſum deflentem.*

Te Lyra pulſa manu: te carmina noſtra ſonabunt.
Floſque nouus Scripto gemitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit, quo ſe fortiſsimus heros,
Addet in hunc florem, folioque legetur eodem.

Ai dolentis.

Talia

Talia dum vero memorantur Apollinis ore.

Ecce cruor, qui fuſus humi ſignauerat herbas,

Deſinit eſſe cruor, Tyrioque nitentior oſtro

Flos oritur, formamque capit, quam lilia; ſi non

Purpureus color his, argenteus eſſet in illis.

Non ſatis hoc Phœbo eſt; (is enim fuit auctor honoris)

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit & Αι.Αι

Flos habet inſcriptum, funeſtaque littera ducta eſt.

Breuiter Plinius Lib. XXI. Cap. II. Hyacinthum *comitatur fabula duplex: luctũ præferens eius, quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi: ita diſcurrentibus venis, vt Græcarum litterarum figura, Αι legatur inſcripta.*

Idem Lib. XXII. Cap. XXVI. *docet florem eſſe medicinalem.* Hyacinthus, *inquit, in Gallia eximie prouenit. Radix eſt bulbacea mangonicis venalitiis pulchre nota: quæ à vino dulci illita pubertatem coercet,*

cet, & non patitur erumpere. Torminibus *& araneorum morſib. reſiſtit, vrinam impellit. Contra ſerpentes & ſcorpiones, morbumque regium, ſemen eius cum abrotono datur.*

DIOSCORIDES. *Hyacinthi radix pueris cum vino albo illita impuberes ſeruare creditur. Siſtit aluum, pota vrinam impellit. phalangiorum morſibus auxiliatur. Semen aſtringentius (alij caliacis) eſt alij thenacis expetitum. Regium morbum emendat cum vino potum.*

HYACINTHIA *dicebantur ſacra nocturna à Lacedæmoniis inducta in honorem pueri* Hyacinthi. *S. Hier. Contra Iouinian. Ouidi. X. metaph.*

Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honorque,
Durat in hoc æui: celebrandaque more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthina *pompa.*

Hoc feſtum pueri Hyacinthi *celebrabatur per triduum, & in eo non coronabantur Laco-*

Lacones: ſed tantum bellaria & ſimilia in canis apponebantur, ſignificabatur memoria doloris, quem habebant de morte pueri Hyacinthi. *Athen. lib. IV. cap. 4.*

D.
S. I.
H. E. G.
A.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

AVCTORVM QVI IN HOC OPVSCVLO citantur.

A

ABulenſis.
Adam de S. Victore.
Albertus M.
Alex. ab Alexandro.
S. Ambroſius.
Anacreo[illegible].
Andreas Cr[illegible]enſis.
S. Anſelmus.
Anton. Spinellus.
S. Apponius.
Aquila.
Ariſtoteles.
S. Athanaſius.
Athenæus.

B

S. BAſilius.
Baronius.
V. Beda.
Benedictus Pererius.
S. Bernardus.
S. Bernardinus.
S. Bonauentura
Bonfinius.
S. Brigitta

C

CAietanus.
S. Caſimirus.
Caſpar Vincentius.
Catullus.

Cauſinus
Claudianus
Clemens Romanus
Cluſius.
Cornelius.
Cor.Ianſenius.
Cyprianus.

D

DAmaſcenus
Daniel.
S.Dauid.
Delacampius
Delrius.
Didacus Baëza
Dionyſ. Carthuſ.
Diurnale Ordinis
S.Dominici
Dioſcorides.
Dodonæus.
Dominicus Bannez.

E

EMman.Sa.
Epiphanius.
Eſdras.
Euſebius.
Euphorion.
Euſtatius.

F

FInettus.
Forſandes.
Fortunatus.
Franc.Suarez.

G

GAbriel Vaſquez.
Galatinus.
Galenus.
B.Gertrudis
S.Gregor Nazianz.
Gregorius de Valentia.
Guarricius Abbas.
Guidacerius.
Gulielmus Abb.

H

HEnricus Henriquez.
Herman.Hugo.
S.Hieronymus.
Hieron.Oleaſter.
Homerus.
Hono-

Honorius.
Horatius Turſellinus.
Hugo

I

IAcob.Aluarez.
Iac.Biderman.
Iacob.Salianus.
S.Ildefonſus,
Iſaias.
Iſidorus.
Innocentius.III.
Ioan.Andreas
Ioann.Azor.
Ioan.Dauid.
Ioan.deCarthagena.
Ioann.Echius.
Ioan.Gerſon.
Ioan.Raulinus,
Ioan.Salas.

K

Kinchi.

L

LInconienſis,
Lobellus.
Lonicerus.
Ludouicus Molina.
S.Lucas.
S.MAtthæus.
MatthęusRaderus.
Matthiolus.
Marcana.
Marrinæus.
Medina,
Meſue.

N

NAngius.
Nicolaus Parma.
Nicander.
Nicephorus.

P

B.Pacianus
S.Petrus.
Petrus Berichorius.
Petrus Caniſius,
Pierius.
Plinius.
Procopius

Propertius.

Q

Quirinus Salazar.

R

RIbera,
Richardus Victor.
Ruellius,
Rupertus Abbas.

S

SAligniacus.
Sanazarius.
Sedulius.
Stephanus.
Symmachus.

T

TErtullianus.
Theophylactus.
Theocritus.
S. Thomas Aquinas.
Thomas de Kempis.
Tiraquellus:
Toletus,

V

VArro
Vbertinus Caſſalius.
Villa-noua
Virgilius.

Z

S.Zeno.

INDEX.

RERVM PRÆCIPVARVM IN HOC Opuſculo comprehenſarum.

A

A. & E. an ſit primus ſonus plorantium puerorum, dum naſcuntur. 324.

A. α. א primum elementum, quid ſymbolicè ſignificet? 347

A. Deus B. Creatura 348.

A. I. Deus: Ieſus 349.

C

Caſtorũ adoleſcentiũ Catalogus. Thomas Aquinas Bernardus. Bernardinus. Edmũdus. Iacobus Regis Luſitani nepos. Caſimirus. Michael Verinus. Robertus Nobilius. Robertus Bellarminus. Pelagius. 369

Coniugatorum. Henricus Imper. & Kunegunda. Elzearius, & Delphina. Chryſanthus & Daria. Ansbertus, & Angadriſina. Alfonſus Rex, & Berta. Boleſlaus, & Kinga. Eduardus & AEgica. Amon Amator. Arnulfus. 371.

Caſtitatis conſeruandæ remedia. 362. *Excelluerunt in ijs vſurpandis, Paulus Apoſt. Benedictus. Hieronymus. Franciſcus. Gulielmus Aquitanus. Dominicus Loricatus. Petrus Damiani.* 363. *Alfonſus Rodriquez.* 368.

Clerici vnde dicti. Eorum mores. 15.
Circumciſio Domini ſumma humilitatis opus 45.

F

FLos campi. 103.
Flos ſpei hieroglyphicum 143.144
Francenia à Veneficiis, Sagiſque infeſtata. 257
Francones. Franci. Liberi. 17

H

HEliotropiũ quis flos 11 *Vnde dictus* 249. *Ad ſolẽ cõuertitur, nubilo etiã die* 268. *Imo, noctu* 269.
Solſequium cur dicatur. 272. *Eius indoles* 273.
Heliotropia boni Sodales B.V. 291.298
Heliotropia ſe fingunt Hypocritæ 293
Heliotropium cur gyretur ad ſolem 301
Heliotropio an inſit ſenſus 301. *Eius genera* 308.314.
Heliotropij vis medica 312
Heliotropium gemma 309
Hyacinthus, quis, qualiſque flos 320.374. *Deiparæ naſcentis ſymbolum* 322
Hyacinthia 332.
Hyacinthi vniuerſalitas 352.356. *Color* [illegible]. *Vis medicinalis.* 360
Hyacinthina calceatio. 358
Hyacinthos quis ſeminet. 342

I

IOannes Baptiſta multis à B.Virg. beneficiis affectus. 224.230.
B.Ioſeij erga Dei matrem pietas 55.

L

LIbertas vera quæ? 17.19. *ficta quæ?* 19.
Lilium B.Virginis in Annunciatione Imago. 101

Lilium

Lilium conuallium. 103
Lilium nigrum, album, purpureum. 104. *Eius dotes quinque.* 104
Lilium typus Virginitatis 120. *Humilitatis* 122. *Exaltationis.* 127. *Pulchritudinis.* 129
Lilium Nymphis ſacrum. 133. *Veneri inuiſum.* 134. *Flos Iunonius.* 134. *Deſponſationis icon.* 136. *Symbolum ſpei.* 144.
Lilia quomodo non laborant, neque nent. 152
Inter Lilia quomodo paſcatur Sponſus 166
Lilium, Veritas, Iuſtitia, Manſuetudo: Virtus omnis. 197.
Lilij vis medica. 173
Lotus flos. 383

M

Maria ſilentij amans. Loquuta quinquies. 53. *In Purificatione Roſa.* 25. *Formam perditam reſtituit* 72. *In Annunciatione, & conceptione Lilium.* 110
Mariæ pulchritudo. 128. *Allicit viſa ad caſtitatem.* 131.132.13[illegible]
Maria ſonat Domina. 137. *Gutta: Stilla maris.* 336.
Maria turbatio, ſpes ſalutis 140.146
Maria, quomodo non laborauit, nec neuit. 153.154.
Quid contulerit ad Incarnationem. 154
Mariæ Viſitatio quando facta. 186. *Cur feſtinarit in montana,* 200. *Inſtar ignei miſſilis volauit.* 202. *ſimilis Viola.* 203. *Finis Viſitantis* 203.204.213.216
Maria in Aſſumptione Heliotropium 249. 271. *In conceptione rationis vſu donata* 252. *toto vitæ tempore ad Deum conuerſa.* 255. *ſed maxime moritura.* 258.

Maria in vita mortali Deum clare vidit. 259
Maria quomodo mortua. 275. *Morientis aſpirationes* 278. 279. *Cur tam cito in cœlum aſſumpta.* 286. *Ardet vt Phœnix moriens* 290. 291
Maria naſcens Hyacinthus. 326. *Plorat in natiuitate.* 328. *Quare?* 329. *Lacrymæ Mariæ pudorem nobis pariunt* 330
Maria vniuerſalis Domina 333
Menſis Ethanim 334
Mors quænam maxime eligenda, 282. 283
Myrrha prima quæ? 151

N

Nobilitas vera quæ? 14. *Germanica, Franconica. Vnde eius ſplendor?* 15

P

Purificatio Mariæ, quomodo intelligenda. 34. *Eadem ſummæ humilitatis myſterium.* 45.
Patria poteſtas pugnat cum ſeruitute. 126.
Peccatum originale morbus comitialis. 232
Pictura Annunciationis 97
Pictores aliquot celebres antiqui, nouique 97. 100
Phœnicis mors. 288. 289.
Pyrobolorum iactus 198. *Ignis in iis latens.* 199

R

Religioſi quidam male audiunt, quamuis optimi 42.
Roſa ſymbolum Mariæ 27
Roſarum genera 28. *Ierichuntina* 28. *Roſa Mariæ.* 28. *Damaſcena. Prouincialis. Syluestris. Borealis. Cinamomea. Moſchata. Anglica. Gallica. Numidica.* 29
Roſa ſymbolum Virgineæ puritatis. 30. *Eius color varius*

rius. 32. Odor fragrantiſſimus. 32. Necat ſcarabeū. 33
Eſt aſperrimi vmbilici. 33. Eius decor tegitur. 35
Roſa violatores. 38. 39. 40. Quis eius vmbilicus. 41. ſymbolum Humilitatis. 43. ſilentij. 50
Roſa pentaphyllis. 53. 82. bifera. trifera. perpetuifolia. 57 Symbolum fragilis decoris. 58. Mortis præpropera. 59 Æternitatis. 60. Principatus. 65. 83
Roſa inter ſpinas. 62. Vita humana imago. 62. voluptatis 63. 83.
Roſa vis medica. Refrigerat 67. Inflammationi medetur. 68. Dolores capitis mitigat. 69. Forma conciliatrix. 70. Gratiam linguæ denotat. 73. Gratiam Principis promouet. 74. Patientia indicium, 75. ſolitudinis. 76. Verecundia. 76. Quietis 77
Roſis tumulus coronatur. 79

S

SEminarij adoleſcentum, ac Conuictus, cui præſunt viri boni, ac pij, definitio: PALÆSTRA PATIENTIÆ MODERATORVM. 5
Ex eo qui aluntur, merito audiunt vniuerſe, Iuuentutis flos. 5
Seminarij Epiſcopalis, ac Ducalis Herbipolenſis diuiſio in duas claſſes: Eccleſiaſticorum, & Nobilium adoleſcentum. 9. Eiuſdem numeroſitas. 10. Finis 11. Fundator. 10. Promotores, Conſeruatoreſque 11. Clericorum in ſeminario tres ordines. 12. Eorum commendatio. 6
Sodalitas B. V. Annunciata Liliata 101
Sodales, Roſa. 60. Lilia. 156. Viola 216. Heliotropia 291. Hyacinthi: 350. 351.
Sodalium domeſticorum laus. 6

Sodalis boni officium. 7
Sodalitatis Emanſores, qui? 6
Sodalis Realis Nominalis. 20
Sodales praui. 40
Spina, mulieres, excepta Maria. 112.140
Spina, opprobria: contumeliæ. 142. *Conſortium improborum.* 142. *Turbatio Mariæ in Annunciatione.* 143 *Præſeruatio* 175
Superbia humana oppoſita humilitati B.V. Mariæ. 48. *Eius exemplum* 194

T

Tulipa. 314

V

VEr duplex 184. *In veremundus conditus.* 184. *Viola, quis, qualis flos?* 182. 259. *Vnde dictus.* 182. *Veris honor.* 183. *Inter flores primus.* 188. *Montes amat* 189. *Eſt in vallibus frequens* 189. *ſymbolum humilitatis.* 196 *Viola feſtinat.* 197. *Plantata iuxta allia fragrantior* 204
Viola laborantium tympanum 209. *Viola... calor laborantium.* 209. *Epiſcoporum.* 210. *Doctorum Theologia.* 211. *Medicorum* 212. *Eius vſus in quadrageſima* 252
Viola nolæ inſtar 218
Violæ vis medica. 224
Viola Trinitatis. 228.
Violæ ſemen ſcorpionibus aduerſatur 229. *Morbo comitiali medetur* 232. *Item crapula.* 235
Viſitationes bonorum. 223. *Improborum* 214. 221. 222.

ERRATA

Adhenæum pro Athenæum.10.
iunat.iuuat.14.
Leuct.Leuit.35.in marg.
Ganſæ. Ianſen. 35. in marg.
Symbolica.35. dele punctum.
Iuliani.36..dele punctū.
vr.vt.38.
raſacco. roſaceo 60. in marg.
venus.Venus 65.
Emmanis.Emmanii 66. in marg.
Ælium verum. Verū 77.
Iurſelin. Turſel.108. in marg.
facilimum. facillimum.
ſonore.ſonoræ.132.
concuſſo.concuſſio 144.
Tir:Ti:146.
Condorem. Candorem 158.
fornificationis.fornicationis, 158.
Eodem in monte, Eadem.190.
Inſula.Infula.194.
Valde.Valle 192.
curali.rurali.196.
ſcelerati. ſcelerate. 214. in marg.
conuinij. conuiuij 223.
præueniunt. proueniunt.244.
girat.gyrat 248.
luit.fuit 251.
Suaſer Suarez. 254. in marg.
Sægæ Sagæ 257.
defuit.deficit.276.
Deiparræ. Deiparæ 287.
αι.α.324.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google